PRINCIPIA SERMONIS GRÆCI

IUXTA
METHODUM RECENTIORUM
Quæ
vulgo WELLERIANA dicitur,
&
Ab univerſis fere literatæ Europæ Scholarum Magiſtris ob maxima in docendo diſcendove commoda, docta conſpiratione dudum eſt recepta,
ac
Nunc primum in uſum Studioſæ Juventutis
edita.
Accedit ſpecimen Syntaxeos nova arte ad Principia Sanctiana compoſitæ.

Ex libris P. Sylvestre M. T. Genova Ex dono ... Chauvet.

TIGURI,
EX OFFICINA HEIDEGGERIANA,
Anno MDCCXXXVI.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

[illegible]
[illegible]

EDITORIS AD *LECTOREM BENEVOLUM* PRÆFATIO.

Non eſt animus L. B. de iſthoc novo Grammaticæ græcæ ſyntagmate multis tecum agere verbis, ac de rationibus, quæ illius editionem poſtularent efflagitarentque prolixe exponere. Sive enim veteris ſyſtematis ingentem ad percipiendum retinendumque difficultatem, ſive novi hujus inſignem præſtantiam & maxima commoda perpendas, fieri non poteſt quin vehementer hocce conſilium probes. Paucis lubet illius præcipuas dotes tibi indicare, unde tuo judicio rem ipſemet graviora olim paſſus cognoſcas. Univerſa hæc methodus, ut generatim hoc præcipiam, ad mathematicorum leges eſt compoſita, & a primis ſimplicisſimisque principiis, hoc eſt, ipſarum literarum ac dein ſyllabarum ratione mutua, εὐφωνίᾳ, cujus græci erant ſtudioſisſimi,

ſisſimi, & contraria κακοφωνία, quam vehementer abhorrebant, ad ipſas orationis partes, illarumque formationem facilem ac nativam nos ducit. Hinc eſt, ut propius ad rem accedam, quod doctrina de literarum mutatione præmittitur, illique pleraque cætera ceu fundamento genuino ſuperſtruuntur: quæ a veterum doctrina plane abeſt. Ingens illa declinationum farrago ac varia paradigmata ad ternarium numerum, eundemque perfacilem & unius articuli pronominisque exemplum facile nunc ſeſe conformat. Univerſa de contractione doctrina inter nomina ac verba miſere diſpertita, ac multis regulis onerata, ad brevisſimos canones eſt redacta. Conjugationes numero denario plures ac moleſta characterum diverſitate laborantes binario comprehenduntur, ac gemino ſolum παραδείγματι teneræ ætati objiciuntur. Quam ſcienter ac commode verba in μι ex veteri doctrina, quam adoleſcentum ſupplicium ac malam crucem dixeris, ad unam formam ſint conjuncta, dici ac prædicari ſatis non poteſt: ut multa, quæ in accentuum, encliticarum atonarumque exponenda ratione, aliisque partibus ſive innovata, ſive emendata, ac ad facilem perceptionem ſunt transducta, nunc prætereamus. Syntaxis denique, quam ſubjectam vides, nova

arte

arte ad Sanctii Viri acutisſimi principia, quibus ſermonis natura ac ingenium vere continetur, eſt conſcripta. Atque hæc eſt ratio, quare ſyſtema utilisſimum ac auro contra carius poſt L. Rhodomanni, Petri Rami aliorumque conatus laudabiles Viri literatæ Europæ doctisſimi, VVellerus natione Germanus, Collegii Portus Regii apud Pariſios antehac florentisſimi Antiſtites eruditi, Verwejus Belga, Scriptor quoque Hallenſis & ſi qui alii non ſine labore ac induſtria concinnaverint, ac Scholis Patriis, magna Curatorum gratia, & ingenti ſtudioſæ pubis bono intulerint. Verum cum in mirifica iſthac conſenſione magna tamen circa modum ac diverſas partes eſſet varietas, nimia ex voluminoſis ſcriptis difficultas, ac haud par juventutis, quæ his literis eſt imbuenda, ratio, ut nullum horum omnium ætati noſtræ curæ antehac concreditæ, quam nunc quoque a me curari foverique æquum eſt, ſatis eſſet accommodatum, poſt diuturnam cunctationem, varia in multorum annorum παιδαγωγίᾳ facta pericula, ac optimorum virorum monita ac preces optima quæque ex ſingulis ſeligere, in unum hocce ſyſtema conſcribere, ac noſtra quoque obſervata, ſi quid uſus adminiſtraret, addere ſerio mecum conſtitui. Quod ſi & harum literarum Fautores, & Magiſtri eo animo complectantur, quo a me

ſuſcep-

ſuſceptum, nec ſine induſtria elaboratum eſt, magnum adoleſcentes φιλέλληνας capturos eſſe fructum non ſpero ſolum, ſed & confido. Auſim profecto non profiteri ſolum, ſed & præſtare, hujus artis beneficio unius menſis opera plus viæ ac ſolidi profectus confectum iri, quam impedita ac incerta vulgaris inſtitutionis in ſpatio quadrimeſtri opera. Quod ut eo felicius conſequamur, monendi ſunt Rev. juventutis Magiſtri, ne ad conſpectum rerum novarum, aut ordinis inſoliti terreantur, atque uno hiatu hæc adoleſcentibus tradenda vel ingurgitanda eſſe exiſtiment, quod quidem a perita illorum prudentia alienum exiſtimo. Ideo diverſo uſi ſumus charactere, ac diligenter diſtinctis verſibus, paragraphis ac pericopis, ut, quod in hac arte præcipuum eſt, neceſſaria ab arbitrariis, priora a poſterioribus, ea quæ tironibus, ab illis quæ provectioribus ſunt proponenda, diligenter diſcerni, ac ſingula diverſis gradibus ac iteratis temporibus ſive doceri ſive diſci poſſint. Ipſos vero adoleſcentes nobiliſſimi ſermonis ſtudioſos vehementer oro rogoque, ne quid exiſtiment, hac arte totam teneri linguæ noſtræ cognitionem, quod quidem inſulſum eſt, ac ne cogitationem quidem illorum ſubire æquum eſt, ſed ut poſt diligenter, breviter ac firmiter percepta hæc principia ſtrenue ad ipſam literatæ Græciæ ſcriptorum lectionem ſeſe accingant, patienter illi inhæreant, & non verborum tantum, ſed & Divinæ humanæque ſapientiæ ſeſe ſtudioſos eſſe meminerint: in quo uno veræ eruditionis apex conſiſtit. Tu interim L. B. vale, conatui huic noſtro fave, aut meliora impertiri non dedignare.

CAPUT

CAPUT PRIMUM

De Literarum figura & diviſione.

§. I.

Literæ Græcorum ſunt numero viginti quatuor: in illis conſideratur figura, nomen & poteſtas.

Figura		Nomen	Poteſtas
Α α	ἄλφα	Alpha	a.
Β β ϐ	βῆτα	Bita, Beta	b.
Γ γ	γάμμα	Gamma	g.
Δ δ	δέλτα	Delta	d.
Ε ε	ἐψιλὸν	Epſilon	e breve.
Ζ ζ	ζῆτα	Zita, Zeta	z.
Η η	ἦτα	Ita, Eta	i aut e longum.
Θ θ ϑ	θῆτα	Thita, Theta.	th.
Ι ι	ἰῶτα	Jota	i vocale.
Κ κ	κάππα	Cappa	K c.
Λ λ	λάμβδα	Lambda	l.
Μ μ	μῦ	My	m.
Ν ν	νῦ	Ny	n.
Ξ ξ	ξῖ	Xi	x.
Ο ο	ὀμικρὸν	Omicron	o breve.

Π π	πῖ	Pi	p.
Ρ ϱ	ῥῶ	Ro	r.
Σ σ ς	σῖγμα	Sigma	s.
Τ τ ꞇ	ταῦ	Tau	t.
Υ υ	ὐψιλὸν	Ypſilon	y.
Φ φ	φῖ	Phi	ph.
Χ χ	χῖ	Chi	ch.
Ψ ψ	ψῖ	Pſi	pſ.
Ω ω	ὠμέγα	Omega	o longum.

N. 1. Literas ex Phœnicia eſſe ortas nomen, figura & ordo declarant.

2. H ante Simonidis ætatem habuit vim aſpirationis, ut nunc apud Latinos. Poſtea ſumſit poteſtatem vocalis longæ: quæ utrum Ita an Eta dicenda ſit copioſe diſputatum eſt a multis, præcipue Cl. Wetſtenio Baſileenſi.

3. Jota & Vau conſonæ non occurrunt niſi in peregrinis, uti: Ιȣδαῖος *Judæus*, Λέυι *Levi*. Υ commode inſtar conſonæ Vau legitur in ευ ante vocalem & litteram ϱ. ut, ἐυεργεσία evergeſia *beneficentia*. ἑυρίσκω hevriſco *invenio*. Dicitur tamen ἔυρος *Eurus*.

4. Jota aliquando vocali ſubſcribitur, unde *ſubſcriptum* vocatur: ᾳ, ῃ pro αι, ηι.

§. II. Literæ dividuntur in Vocales & Conſonantes.

§. III. Vocales ſunt numero ſeptem.

Breves ε, ο.
Longæ η, ω.
Ancipites α, ι, υ.

N. 1. Vocalis brevis aut ambigua poſitione fit longa. ὄγδοος *octavus*, ἕζω *colloco*.

2. Ancipites plerumque pro brevibus habentur, frequenter fiunt longæ, nonnunquam communes.

§. IV. Vocalium aliæ ſunt mutabiles, α, ε, ο; aliæ immutabiles, η, ι, υ, ω.

N. 2.

N. 1. Hæc mutatio potiſſimum locum habet in verborum flexione & ſyllabarum contractione.

2. Aliquando mutantur etiam η & ω. ut σήπω *putrefacio* ἔσαπον, τρώγω *arrodo* ἔτραγον.

3. Obſervanda hic eſt oppoſitio, quæ in mutatione locum habet

mutantur { α in η, ε in η, ο in ω }

§. V. Ex conjunctione duarum vocalium in unum ſonum fit Diphthongus.

§. VI. Diphthongi ſunt numero duodecim: ſex propriæ ac totidem impropriæ.

§. VII. Propriæ ſunt in quibus clare exauditur ſonus utriusque vocalis: αι, αυ, ει, ευ, οι, ου.

N. 1. Ex his αι, αυ, οι dicuntur mutabiles; reliquæ ει, ευ, ου immutabiles. Attici mutant etiam ει in η, ευ in ηυ, ut: ἱππεῖς *equites* in ἱππῆς, εὐχόμην *precabar* in ηὐχόμην.

2. Vocales υ & ι in diphthongis ſubjunguntur, unde ſubjunctivæ dicuntur: φεύγω *fugio*, πείθω *ſuadeo*; cæteræ α, ε, ο præpoſitivæ vocantur: αὔω *luceo*, εἴδω *video*, οἷος *qualis*. Exc. υ in diphthongo impropria, ut υἱός *filius*.

§. VIII. Impropriæ ſunt, in quibus ſonus ſubjunctivæ eſt obſcurior: ut ᾳ, ῃ, ῳ, υι, ηυ, ωυ.

N. Ad percipiendum probe hoc Diphthongorum diſcrimen conſulenda eſt pronunciatio antiqua, de qua Videſis Vervveyum. c. 1.

§. IX. Omnis Diphthongus eſt longa.

N. αι & οι finales ratione accentuum habentur pro brevibus. Exc. 3. perſ. a. 1. optativi activi, ut ποιήσαι *faciat*, & particula οἴκοι *domi*: ut diſtinguas ab infinitivo ποιῆσαι *facere*, & plurali οἶκοι *domus*.

§. X. Vocalis, Diphthongus, conſona pura dicitur quæ ſequitur vocalem; Impura, quæ conſonam, ut in vocibus ἅγιος *ſanctus*, βίαιος *violentus*, πεφίληται *amatus eſt*,

vocalis ͅ, diphthongus αι, terminatio ᾳι puræ dicuntur. Jota harum vocum impurum eſt.

§. XI. Conſonantes ſunt ſeptendecim: Eæ dividuntur in mutas & ſemivocales.

N. Sigma neutris accenſetur.

Mutæ ſunt novem, eæque

Tenues π, κ, τ.
Mediæ β, γ, δ.
Denſæ φ, χ, ϑ.
vel aſpiratæ

Π	Κ	Τ
Β	Γ	Δ
Φ	Χ	Θ

N. Dicuntur etiam mutabiles & oppoſitæ. Mutabiles; quia tenues mutantur in denſas, & viciſſim denſæ in tenues; mediæ in utrasque. Oppoſitæ, quia non promiſcue, ſed, ut fert hæc oppoſitio, mutationem admittunt.

Semivocales ſunt vel
Liquidæ λ, μ, ν, ϱ. vel
Duplices ζ, ξ, ψ.

N. 1. A liquidis quæ antecedunt terminationem ω, verba dicuntur liquida, ut: μένω, δέρω.

2. Duplices nihil ſunt, niſi ſcribendi compendia. ζ fit ex σδ Dorum more. ξ ex γς, κς, χς; ψ ex πς, βς, φς naſcuntur.

3. In concurſu conſonantium duplex ſcribitur loco ſimplicium: ut pro λέγσω, ſcribitur λέξω, pro τύπσω, τύψω.

Exc. ζ, item præpoſitio ἐκ ſequente Sigma, ut, ᾄδω *cano* in fut ᾄσω non ᾄζω, ἐκσώζω *ſervo* non ἐξώζω.

4. Literæ ν, ξ, ϱ, σ, ψ finales dicuntur, quia in eas omnes græcorum voces, & plerumque ſyllabæ terminantur. Exc. Ἐκ, *ex*, οὐκ & οὐχ *non*, & terminata vocali. Quæ aliter finiuntur, Barbara ſunt.

§. XII. Ratione organi pronuntiandi conſonæ etiam diſtinguuntur in

Labiales β, μ, π, φ, ψ.
Dentales ϱ, σ.
Linguales δ, ζ, ϑ, λ, ν, τ.
Palatinas γ, κ, ξ, χ.

N. Hanc diſtinctionem in mutatione ac derivatione vocum utiliſſimam, ac ab aliis jam ex orientalium grammatica in græcam illatam, non ſubjicere religioni duxi.

CAPUT

CAPUT SECUNDUM

De uſu literarum in numerando.

§. I.

Literæ poteſtatem quoque numerorum continent.

N. 1. Græci in numerando vel ſequuntur Alphabeti ordinem naturalem, ut A deſignet 1. B. 2. &c. Ω 24: cujus rei documentum eſt Ilias Homeri.

2. Vel inſerunt quædam ſigna, ut ϛ 6, ϟ 90, ϡ 900: quod oſtendit f ma ſequens.

3. Signum ϛ vulgo ſtigma dicitur, eſt vero inverſum Vau ex alphabetho Samaritanorum, unde a peritioribus ἐπίσημον βαῦ vel Wau, vel ſimpliciter ἐπίσημον dicitur. ϟ aut Kophe aut Κόππα ex eorundem Kuph per inverſionem natum.

ϡ denique Sanpi dicitur, quod ex antiquo ſigma inverſo & π incluſo naſcatur: verius eſt Tzade Samaritanum.

4. A numero primo ad millenarium usque literis imponitur lineola, ut ά 1, β' 2, ῤ 100 ώ 800.

5. Millenario lineola ſupponitur, ut: ͵α 1000, ͵β 2000, ͵ι 10000.

6. Numeri compoſiti deſignantur literis conjunctis, ut ιά 11, ιβ' 12, κά 21, ͵αψλ'π 1735.

7. Adhibentur etiam literæ ſex quadratæ ad numeros deſignandos, ut I 1, Π 5, Δ 10, H 100, X 1000, M 10000: quæ in numero multiplicando ſic augentur I 1, II 2, III 3, IIII 4, Π 5, ΠΙ 6, ΠΙΙ 7, ΔΔ 20, ΔΔΙ 21, ΔΔΔΠ 35.

8. Litera in medio π poſita multiplicat 𐅄 πεντάκις δέκα 50, 𐅄Ι 51, 𐅄 ΔΔ 70. 𐅅 πεντάκις ἑκατὸν 500. 𐅅 H 600, 𐅆 5000.

1. Unitates.			2. Denarii Numeri.			3. Centenarii.		
Α	α'	1	Ι	ι'	10	Ρ	ρ'	100
Β	β'	2	Κ	κ'	20	Σ	σ'	200
Γ	γ'	3	Λ	λ'	30	Τ	τ'	300
Δ	δ'	4	Μ	μ'	40	Υ	υ'	400
Ε	ε'	5	Ν	ν'	50	Φ	φ'	500
	ϛ'	6	Ξ	ξ'	60	Χ	χ'	600
Ζ	ζ'	7	Ο	ο'	70	Ψ	ψ'	700
Η	η'	8	Π	π'	80	Ω	ω'	800
Θ	θ'	9		ϟ'	90		ϡ	900

Χ[Η]ΗΗΔΔΔΠ

cIↃ IↃccxxxv.

CAPUT TERTIUM

De mutatione Literarum.

§. I.

MUtantur inter ſe frequenter tum conſonæ, tum vocales.

N. Hæc mutatio late patet ac euphoniæ, quam Græci vehementer affectant, debetur. Ea potiſſimum ex Wellero cognoſcitur. Nos præcipua adferemus.

A. Mutatio Conſonarum.

N. 1. Conſonæ ejusdem ordinis ac organi inter ſe frequenter permutantur: Ex λέγω *dico* fit λέξω, λέλεχα, λέλεκται.

2. Tenuis tenuem, media mediam, aſpirata aſpiratam ante ſe immediate requirit, ut λέλεκται pro λέλεγται, τέτυπται pro τέτυφται, ἐλύφθην pro ἐλύπθην.

N. a. Tenuis mutatur etiam in aſpiratam ſequente vocali aſpirata ſive extra compoſitionem, ſive in voce compoſita, ut. νύχθ' ὅλην *noctem totam* pro νύκτ' ὅλην, ἀφ' ἡμῶν *a nobis* pro ἀπὸ ἡμῶν; καθεύδω *dormio* ex κατὰ & εὕδω, ἐφίστημι *adſto* ex ἐπὶ & ἵστημι.

b. Exc. compoſita ex præpoſitione ἐκ, ut ἐκβαίνω *egredior*, ἔκφρασις *deſcriptio*.

c. Aſpirata ſi geminanda foret, præcedentem mutat in tenuem, ut κάτθανε *mortuus eſt*, pro κάθθανε, Ματθαῖος *Mathaus* pro Μαθθαῖος.

d. Aſpirata aſpiratam ſyllabæ prioris mutat in tenuem, ut θρὶξ *pilus* τριχὸς pro θριχός. Hinc τρέφω *alo* in futuro θρέψω, non τρέψω, ἔχω *habeo* in futuro ἕξω, non ἔξω.

N. *

N. * In terminatione imperativi ϑ mutat poſteriorem, ut: *τύφϑητι vapulato* pro *τύφϑηϑι*, ut *δίδοϑι da*, *ζεύγνυϑι junge*.

* Raro manent binæ aſpiratæ, ut *ἀφίϑην dimiſſus ſum*, *ϑέϑαι ponere*, *ὅϑεν unde*, *ἀφὴ commiſſura*; ita poſt liquidam: *ϑαλφϑεὶς* ex *ϑάλπω demulceo*.

3. Cæteræ quoque conſonantes variam efficiunt admittuntque mutationem, veluti

a. δ, τ, ϑ poſteriorem in concurſu locum ſumunt: *πίπτω cado* ex *πέτω*.

b. Eædem δ, τ, ϑ nullas præcedunt conſonas præter μ, ν, ρ: unde in dativo plurali & futuro ante σ tollunrur, ut: *μονὰς unitas μονάσι* pro *μονάδσι*; *πλήϑω repleo*, *πλήσω* pro *πλήϑσω*.

c. M palatinas ante ſe in formatione mutat in γ, Labiales in μ: *λέλεγμαι dictus ſum* pro *λέλεχμαι*; *τέτυμμαι* pro *τέτυφμαι verberatus ſum*.

d. N * in compoſitione ante labiales mutatur in μ; ante palatinas tranſit in γ, ut *ἐμβλέπω intueor*, *ἐμμένω immaneo*, *συμπλοκὴ conflictus*, *συμφέρω conduco*; *συγγενὴς cognatus*, *συγχέω confundo*. Attamen pronunciatur ut ν, ut Ἄγγελος Angelos, *angelus*.

* In præpoſitione σὺν & ἐν ante λ, ρ, σ mutatur in eaſdem: *συλλέγω colligo*, *συῤῥέω confluo*, *συσσιτέω ſimul veſcor*, *ἐλλογέω imputo*.

N. 1. N manet ante π in ὅνπερ, ἥνπερ &c.

2. N in ἐν manet ante σ, ut *ἐνσείω incutio*.

3. N in compoſitione poſt α privativum plerumque interſeritur; *ἄνιππος equo carens*. At *ἀόριστος indefinitus* aliaque omittunt.

4. Συν ante ζ, σκ, σπ, ς, σφ, σχ abjicit ν, ut *συστέλλω contraho*.

e. Ρ * in declinando mutatur in τ, ut *ἧπαρ*, *ἥπατος hepar*.

* In compoſitione & augmento poſt vocalem geminatur, ut *ἄῤῥητος ineffabilis*, *ἔῤῥιπτον abjeci* ex *ῥίπτω*. Quæ geminatio omittitur poſt particulam ευ, ut *εὔριζος bene radicatus*, item in *φιλορήτωρ amans Rhetorices*. &c.

f. Σ * In mutatione temporum non geminatur: ex *πέφρασμαι* fit *πέφρασαι*, non *πέφρασσαι*.

* In declinandis nominibus facile tranſit in δ, ϑ, ν, τ, ut *ἶρις lis ἴριδος*, *ὄρνις avis ὄρνιϑος*, *μέλας niger μέλανα*, *χάρις gratia χάριτος*.

g. T in contractione per ſyncopen mutatur in ſequentem conſonam ſimplicem. *Κάββαλε dejecit* pro *κατέβαλε*, *καββὰς deſcendens* pro *καββὰς* ex *καταβὰς*, *Καδδύναμιν pro viribus*, pro *κατδύναμιν* ex *κατὰ δύναμιν*.

4. Tres conſonantes ſe conſequi nequeunt, niſi prima aut ultima fuerint liquidæ, ut *ἐσϑλὸς bonus*, *ἆσϑμα anhelitus*.

N. Hinc periphraſis in præterito paſſivo neceſſaria eſt, & σ excluditur: Τετυμμένοι εἰσὶ *vapularunt*, pro τετύφνται; τέτυφθον pro τέτυφσθον.

5. Conſona mutans quando perit, vel aliquid intercedit, mutata redit: Θρὶξ *pilus*, Τριχὸς, θριξὶ, Τρέφω *alo* θρέψω, ἐμβάλλω *injicio* ἐνέβαλον.

B. De mutatione Vocalium generatim.

§. I.

Mutatio vocalium varia eſt ex vario illarum concurſu: unde oritur contractio.

§. II. Contractio eſt duarum vocalium in unum ſonum conjunctio.

§. III. Contractio fit, quando in concurſu duarum vocalium prior eſt brevis, ut Φιλέω *amo*, Φιλῶ.

N. Raro prior vocalis eſt longa, ut: ληϛὴς *prædo*, ex ληιϛὴς a ληίζω *prædor*, ἡρώνη *heroina* ex ἡρωΐνη, τιμῆς *honorabilis* ex Τιμήεις, Τιμῆντος ex Τιμήεντος.

§. IV. Contractionis duæ ſunt ſpecies ſynæreſis & craſis.

N. Synæreſis duas vocales retinet, ut ὄξεϊ ὄξει. Craſis aut utramque, aut alteram ſaltem mutat, ut: Τιμάομεν Τιμῶμεν, Τίμαε Τίμα.

§. V. Contractionem admittunt nomina omnium declinationum præcipue tertiæ, cujus genitivus deſinit in ος purum, item verba deſinentia in έω, άω, όω in præſenti & imperfecto.

N. 1. Nomina in ι, ις & ευς, item quæ ex deſinentibus in υς per εος declinantur, extra dativum ſingularem, nominativum, accuſativum & vocativum pluralem non contrahuntur, ut Βασιλεὺς *rex* βασιλέος tantum habet, non βασιλοῦς.

N * Neutra pluralia ab his formata non contrahuntur, ut: Τὰ ὀξέα *acuta*, τὰ ἡμίσεα *dimidia*, τὰ ἡδέα *dulcia*. Legitur tamen τὰ ἡμίση *dimidia pars* pro ἡμίσεα & ἡμίσεις pro ἡμίσιος.

* Nomina in ευς apud antiquos accuſativum pluralem non contrahunt, dicunt enim ἱππέας, *equites*, βασιλέας *reges*, ἱερέας *ſacerdotes*: media ætas contrahit. Grævius ad Luc. Sol.

2. Nomina deſinentia in ω & ως extra ſingularem non contrahuntur, ſed ſequuntur rationem declinationis ſecundæ, ut: λητὼ *Latona* in plurali λητοὶ, λητῶν &c. αἰδὼς *pudor* in pl. αἰδοὶ, αἰδῶν, αἰδοῖς, αἰδοὺς.

C. De mutatione Vocalium ſpeciatim.

I. * A ſequente ο aut ω vel diphthongo ex ο orta, contractio fit in ω, ut: κέραος κέρως. Κεράων κερῶν. Γελάω γελῶ, γελάομεν γελῶμεν, τιμάουσι τιμῶσι.

N. Idem fit in ᾠδὴ ex ἀοιδὴ *cantus*, κῷνος pro καὶ οἶνος & *vinum*.

* A ſequente alia vocali, contractio fit in α, ut; Γελάεις γελᾷς, γελάῃς γελᾷς. Sic & in aliis: ᾄδω *cano* ex ἀείδω, ἄκων *nolens* ex ἀέκων, ἆθλον *premium* ex ἄεθλον.

N. 1. Ubique Jota, ſi adfuerit, ſubſcribitur.

2. In quatuor Verbis Attici Dorum more loco α habent η, ut: Ζάω *vivo* ζάεις ζῇς pro ζᾷς. ſic πεινάω *eſurio*, διψάω *ſitio*, χράομαι *utor*.

3. Pro νᾶες, νᾶας *naves* in pl. dicitur etiam νᾶυς.

II. * E Sequente vocali longa aut diphthongo, contractio fit in eandem, ut: καλέω *voco* καλῶ, εὐσεβέοιν *piorum* εὐσεβοῖν.

* E Ante ο occurrens contrahitur in ου, ut Ἀληθέος ἀληθοῦς, Φιλέομεν Φιλοῦμεν.

* E Ante aliam vocalem ſi occurrit, contrahitur in ει, ut: Φίλεε Φίλει, ἀληθέας ἀληθεῖς.

N. 1. Terminationes nominum εα & εε contrahuntur in η, ut: Ἀληθέα & ἀληθέε ἀληθῆ. Sic γέα γῆ *terra*, χρυσέα, ῆ, *aurea* aliaque ante ſe ρ non habentia. Sic ἔαρ ἦρ *ver*, κέαρ κῆρ *cor*, στέαρ στῆρ *adeps*. &c. Si has terminationes præceſſerit alia vocalis, contractio etiam fit in α, ut: ὑγιέα *ſanum* ὑγιῆ & ὑγιᾶ. At in neutris ſecundæ declinationis tantum in α, ut: ὀστέα *oſſa*, ὀστᾶ.

2. ε ante αι in verbis contrahitur in η. Τύπῃ pro τύπτεαι.

3. Nomina propria a κλέος contrahuntur dupliciter, ut Ἡρακλέεος, έυς, ῦς.

4. Verba Diſſyllaba in εω nec in prima ſingulari, nec in prima & tertia plurali præſentis & imperfecti contrahuntur: ex reliquis modis imperativus & infinitivus ſolum contractionem admittunt: πλέω *navigo*, πλέομεν, πλέυσι non πλῶ, πλῦμεν πλῦσι &c. Sed πλέειν contrahitur in πλεῖν.

III. Jota ſequente vocali quacunque contrahitur in Jota longum, ut ὄφιες, ὄφις *ſerpentes*.

N. Jonice jota penultimum mutatur in ε analogice contrahendum, excepto accuſativo & vocativo ſingulari. ὄφιε Jonice ὄφεε ὄφει: quod in N. T. perpetuum eſt.

IV * O ante ε, ο, ου contrahitur in ου, ut δήλοε δήλυ, αἰδόος, αἰδῦς *pudor*, δηλόυσι δηλῦσι. Exc. adjectivum ὄγδοος, quod non contrahitur.

* O ante Jota ſive nude, ſive in diphthongo occurrens contrahitur in οι, ut: αἰδόϊ, αἰδοῖ, δηλόεις, δηλόης δηλοῖς, δηλόοιμι δηλοῖμι: Sic ὄϊς pro οἶς *ovis*, Θοιμάτιον pro τὸ ἱμάτιον *veſtis*, προίμιον pro προοίμιον *procemium*.

N. Infinitivus όειν & nomina in όεις contrahuntur in ου, ut: δηλόειν δηλῦν, πλακόεις *placenta* πλακῦς.

* O ante α, η, ω contrahitur in ω, ut: αἰδόα αἰδῶ, δηλόητον δηλῶτον, δηλόω δηλῶ.

N, 1. Accuſativus in οας contrahitur in υς, ut: βόας βῦς *boves*, μείζοας μείζυς *majores*, πλείοας πλείυς *plures*.

2. Nomina in όη & όα deſinentia contrahuntur in η & α, ut: ἁπλόη, ῆ *ſimplex*. ἁπλόα, ᾶ.

3. Verba in όω, ſi poſt contractionem fierent monoſyllaba, non contrahuntur.

V. Y. Sequente ε, α contrahitur in υ, ut: Βότρυες, βότρυας βότρυς *uvæ*, κλύετε κλῦτε *audite*.

VI Huc referri poſſunt contractionis quædam alia genera non infrequentia.

1. Jones

1. Jones ν, κ, σ, τ poſitas inter duas vocales frequenter extrudunt: unde ſequitur contractio attica.

a. In nominibus in ας purum & ρας Neutris declinationis tertiæ, abjicitur τ, ut κέρας, *cornu*, gen. comm. κέρατος Jonice κέραος, attice κέρως. Dat. κέρατι, κέραϊ κέρᾳ, πρότατος, πρόατος, πρῶτος *primus*.

b. In Accuſativo ſingulari, nominativo, accuſativo & vocativo plurali comparativorum ων & ον abjicitur ν. unde ex βελτίων *melior*, fit acc. βελτίονα Jon. βελτίοα, att. βελτίω. Ex plurali βελτίονες βελτίονας fit βελτίους *meliores*. Sic dicimus μείζονα, μείζοα, μείζω *majorem*, μείζονας, οας, μείζους *majores*; πλείονα, οα, πλείω & in plurali πλείονας, οας, πλείους *plures*.

c. Ex præterito ηκα ob abjectum κ contrahuntur participia: ex βέβηκα fit βέβαα, βεβαὼς, βεβὼς *iens*. Sic ἑςὼς pro ἑςαὼς *ſtans*, γεγὼς *natus* ex γεγαὼς à γάω *naſcor*.

d. In perſona ſecunda præſentis, imperfecti, omnium futurorum paſſivæ ac mediæ formæ, nec non aoriſtorum mediæ, ubi tollitur σ. ſic τύπτῃ ex τύπτεαι Jonico, quod ex τύπτεσαι; ἐτύπτου ex Jon. ἐτύπτεο ex ἐτύπτεσο; ἐτύψω ex Jonico ἐτύψαο, ex ἐτύψασο. ἐτύπου ex ἐτύπεο, &c.

2. Quædam nomina contracta dicuntur ὁλοπαθῆ, quod contractionem in genere maſculino & nominativo ſuſceptam per omnes caſus retineant. Quæ non in omnibus caſibus contrahuntur, dicuntur ὀλιγοπαθῆ.

N. 1. Ea in omnibus declinationibus reperiuntur, ut paradigmata docebunt.

2. In eorum contractione ſervatur terminatio declinationis ſolita. Si ultima fuerit brevis, redit terminatio nominativi, ut: Νοὸς, νοῦς *mens*, νόου νοῦ, νόον νοῦν, νόε νοῦ.

3. Deſinentia in ους per οος contrahuntur tantum in nom. accuſ. & voc. plurali, ut: ὁ, ἡ βοῦς, *bos*. βοὸς &c. in pl. βόες, βόας, βοῦς. Exc. νοῦς *mens* & χοῦς *congius*.

4. Σάος σῶς *ſalvus*. in accuſativo pl. σάους & fæm. σάας, σῶς. Σῶος *ſalvus* pl. nom. Σῶοι σοῖ accuſ. fæm. σώας σῶς.

CAPUT QUARTUM

De Syllabarum Accidentibus.

§. I.

SYllabarum accidentia ſunt Accentus, Spiritus, Apoſtrophus, puncta diæreſeos, Hyphen, Diaſtole, ſigna interpunctionis, & uſus literæ ν.

§. II.

ultima exiſtere brevi, aut poſitione longa: ut, ὄικος *domus*, ὁμῆλιξ *æqualis*.

Exc. a. Particulæ compoſitæ ſeptem, ὥστε *adeo ut*, ὥσπερ *quemadmodum*, καίπερ *etſi*, εἴπερ *ſiquidem*, ἤδε, ἤθε, ἤτε *aut*. Proprie ſunt voculæ ex duabus diverſis compoſitæ.

b. Adverbium ὄικοι *domi*, & 3 perſona aor. 1. optat. ποιήσαι *faciat*.

2. Circumflexum habent in Ultima longa

1. Genitivi & dativi in declinatione prima & ſecunda, quorum nominativus acutum habet in ultima, ut: θεὸς *Deus*, ᾶ, ῷ, οῖν, ῶν, οῖς. Sic genitivus dualis & pluralis diſſyllabus decl. 3. φρενοῖν, φρενῶν, & triſyllaba γυναικοῖν, γυναικῶν, & ſyncopatum θυγατροῖν, θυγατρῶν. Exc. Genitivus atticus: λεὼς *populus*, λεώ.

2. Omnis genitivus pluralis declinationis primæ, ut: λῃστὴς *latro*, λῃστῶν; Μοῦσα *Muſa*, Μουσῶν.

Exc. Derivata a Maſculinis declinationis ſecundæ: ἡ ἁγία, τῶν ἁγίων ab ἅγιος *ſanctus*. Item ſubſtantiva χλούνης *aper*, ἐτησίαι *Eteſias*, ἀφύη *apua* piſcis.

3. Pleraque monoſyllaba: πῦρ, παῖς, νοῦς, πῶς, ναῦς, ὗς, νῦν, εἷς, ἓν, & tempora monoſyllaba verbi εἰμὶ, excepto participio ὢν, ut: ἦν, ἦς, ἦ, ὦ, ῇς, ῇ: Sic quoque monoſyllaba aphaireſin paſſa, ut: φῆν *dixi* φῆς, φῆ, ex ἔφην; φῦν *ſum*, φῦς ex ἔφυν; δῶ *domus* ex δῶμα. Exc. χρὴ *oportet* ex χρῆμι.

4. Multa nomina propria: Μωσῆς, Ἰησοῦς, Κανᾶ, Γολγοθᾶ.

5. Diminutiva in ας & υς, ut: Ζηνᾶς *Jove ſatus* ex ζηνόδωρος, Διονῦς ex Διόνυσος *Bachus*.

6. Terminata in ευ & ου: πανταχοῦ *ubique*, Βασιλεῦ *rex*. Exc. ἰδοὺ *ecce* & ἰοὺ *va*.

7. Adverbia orta a genitivo plurali: ἀληθῶς *vere*, σοφῶς *ſapienter*.

8. Verborum futura ſecunda, in verbis liquidis etiam primum; aoriſtus 2. inf. activi, item 2. perſ. imp. medii; aoriſtus uterque ſubj. paſſivi; præſens ſubjunctivi verborum in μι.

3. Circumflexum habet omnis ſyllaba contracta, quoties accentus in eam incidit: τιμάομεν τιμῶμεν, φάος φῶς *lumen*. Huc faciunt quoque νῶν, σφῶν, σφεῖς, quod in dativo habet σφίσι; item ἡμεῖς & ὑμεῖς in omni caſu.

Exc. 1. Accuſativus ſingularis nominum in ω: ἠχὼ *Echo*, acc. ἠχόα, ἠχώ.

2. Dualis contractus in ω: νόω, νώ, a νόος *mens*.

3. Quando prior ſyllaba contrahenda eſt barytona, poſterior acuta: ἑσταὼς ἑστὼς *ſtans*.

§. IV.

§. IV. Accentus frequenter mutatur: de qua m[illegible]tatione ſequentes tenendæ regulæ.

1. Accentus in omni mutatione manet in loco primitivo ut, προφήτης, ήτυ. ήτη, ήτην; Τύπτω, τύπτεις, τύπτει.

N. Locus primitivus eſt caſus rectus. prima perſona præſenti vel cujusque temporis. &c.

2. Circumflexus penultimæ mutatur in acutum accedente nova ſyllaba. Σῶμα *corpus*, Σώματος.

3. Accentus rejicitur in antepenultimam, ubi ultima longa mutanda eſt in brevem, veluti

α. In verbis auctis ab initio, vel etiam non auctis: τύπτω ἔτυπτον, βάλλω ἔκβαλλε.

β. In formatione verborum in μι: θέω, τίθημι, δεικνύω δείκνυμι.

γ. In vocativis quorundam nominum, quæ ultimam longum mutant in brevem, η ex της & πης in α; ης in ες; ων in ον, ut δέσποτα a δεσπότης *dominus*, εὔβοπα ab εὐβούπης *longe providus*. Δημόσθενες a Δημοσθένης; Ἄπολλον ab Ἀπόλλων; εὔδαιμον ab εὐδαίμων ſive in nominativo neutro, ſive vocativo.

δ. In plerisque compoſitis vel cum nomine, vel cum præpoſitione, præcipue α, ευ, δυς: Φιλόσοφος a σοφὸς, πρόσκαιρος *temporarius* a καιρὸς *tempus*, ἄκαιρος *intempeſtivus*, εὔφημος *boneſtus*, δύσφημος *probroſus* a Φημὴ *fama*.

ε. Sic fit in quibusdam verbis compoſitis: σύνοιδα *conſcius ſum* ex οἶδα; πάρειμι, πάρεσι, πάρισθι & πάρεσε, ex εἰμὶ, ἐσὶ &c.

4. Accentus retrahitur in penultimam

α. In vocativo in ερ ex ηρ: πάτερ, σῶτερ, ἄνερ, δᾶερ, γάστερ.

β. In compoſitione nominum & verborum in imperativo: ἄεκων *invitus* ex ἑκὼν, ἀπόδος *redde* a δὸς *da*.

Exc. 1. Verba & tempora circumflexa: στελῶ *mittam*. ἀποστελῶ *dimittam*.

2. Tempora participiorum acuta: παραιτιθεὶς *adponens*, ex τιθεὶς, παραθεὶς, ex θεὶς; ἀναστὰς *ſurgens* ex στὰς; παρατεθεικὼς ex τεθεικὼς, &c.

3. Verbum εἰμὶ extra præſens indicativi & imperativi: ἦν *eram*, παρῆν *aderam*; ὢν *exiſtens*, παρὼν *præſens*.

5. In

ι. In præpoſitione nomini poſtpoſita: τέτων πέρι ἐρωτᾷς de hiſce rogas?

§. 5. Accentum promovent ad ſyllabas poſteriores

α. Genitivus pluralis declinationis primæ ſyllabam ultimam circumflexo notat: Μοῦσα *Muſa* μουσῶν, νεανίας *juvenis* νεανιῶν.

Exc. 1. Adjectiva feminina penacuta nominum ſecundæ declinationis in ος: ἁγία, ἁγίων.

2. Quatuor nomina χρήστης *fœnerator*, χλούνης *aper*, ἀφύη *apua*, ἐτησίαι *eteſiæ*, quæ habent χρήστων, χλούνων, ἀφύων, ἐτησίων.

β. Adjectiva fæm. in α quorum maſculina terminantur in ος & ultima genitivi eſt longa. ἅγιος, ἁγία, ἁγίας. Exc. Δῖος, Δῖα *divinus*, πότνιος, πότνια *venerandus*, σεβάσμιος, σεβασμία *colendus*.

γ. Verbalia in τος & ικος: εὐλογητὸς *laudatus*, νομικὸς *legis peritus*.

δ. Compoſita cum nomine ἔργον: συνεργὸς *cooperarius*. Exc. δύσεργος *difficilis operatu*, κάτεργος *perfectus*, πάρεργος *ad ſuſceptum opus accedens*, περίεργος *curioſus*, & contracta κακοῦργος *maleficus*, πανοῦργος *promtus*.

ε. Proparoxytona, quorum ultima fit longa, transferunt accentum in penultimam: Ἄνθρωπος, ἀνθρώπου.

Exc. Nomina Attica: πόλις *civitas* πόλεως, πόλεων. Genitivus Jonicus nominativi penacuti. Αἰνείας, Αἰνείω.

ζ. Genitivi & Dativi biſſyllabi declinationis tertiæ non contracti: χεὶρ *manus*, χειρὸς, χειρὶ, χειροῖν, χειρῶν, χερσί. Sic γυνὴ ex inuſitato γύναιξ, γυναικός.

Exc. 1. Participia, ut ὢν *exiſtens*, ὄντος.

2. Genitivi παίδων, φώτων, τρώων, θώων, δᾴδων, ὤτων, κράτων, πάντων & dativus τοῖς πᾶσι.

N. Nominativus horum nominum eſt: παῖς *puer*, φὼς *vir*, τρὼς *Trojanus*, θὼς *lupus cervarius*, δᾲς *fax*, οὖς *auris*, κρὰς *caput*, πᾶς *omnis*.

3. Pronomen τὶς *quis* quando eſt interrogativum: Τίς *quis?* Τίνος, τίνι, τίνα, τίνες &c. Quando indefinite adhibetur ſequitur regulam.

η. Nomina metallica contracta χρύσεος *aureus* χρυσοῦς, ἀργύρεος, οῦς *argenteus*, χάλκεος οῦς *æreus*.

θ. Futura verborum liquidorum, ut: στέλλω *mitto* στελῶ, αἴρω *tollo* ἀρῶ.

ι. Genitivus & Dativus nominis μία *una*, μιᾶς, μιᾷ.

κ. Quinque Imperativi εἰπὲ *dic*, λαβὲ *accipe*, εὑρὲ *inveni*, ἰδὲ *vide*, ἐλθὲ *veni*, ut diſtinguas ab εἶπε, λάβε pro ἔλαβε, εὗρε, ἴδε pro εἶδε.

λ. Tertia pluralis in præſenti verborum in μι. Τιθεῖσι, ἱστᾶσι, διδοῦσι ζευγνῦσι.

§. V.

§. V. Eadem vox diverſo notata accentu diverſum habet ſignificatum: πονηρὸς *malus*, πόνηρος *laborioſus*, Τίς, τίνος; *quis?* interrogativum; Τὶς, τινὸς *aliquis* indefinitum.

§. VI. Accentus in una voce geminatur ob vocem encliticam.

N. 1. Enclitica vox dicitur ab ἐγκλίνειν inclinando ſono præcedentis vocis verſus poſteriorem, vel poſterioris ad priorem.

2. Ratio totius doctrinæ procul dubio eſt ab euphonia. Brevicula enim vox priori ad ſuaviorem ſonum adjecta cenſetur quoad pronunciationem eſſe poſtrema pars prioris.

§. VII. Particulæ encliticæ ſunt.

a. Articulus pro nomine indefinito uſurpatus: του vel τευ pro τινός, τῷ pro τινί.

b. Nomen τὶς *aliquis* in omni caſu & numero.

c. Pronomen primitivum: Μου, μευ, μεο, μοι, με: Σου, σευ, σεο, σοι, σε, οὗ, οἷ, ἕ. Τοι, σφῶι, σφῶϊ σφε, σφιν, σφισι, σφεας.

d. Verbum εἰμί & φημί in præſente indicativi, excepta ſecunda ſingulari.

e. Adverbia indefinite ſignificantia: ποι, που, πως, πω, πη, ποθε, ποθεν, ποτε &c.

f. Conjunctiones τε, γε, τοι, που, περ, κε, κεν, νυ, νυν, ρα, μεν, θε. Item particula δε cum articulo per apoſtrophum juncta, ut ὅδ', ἥδ', τόδ' pro ὁ δὲ, ἡ δὲ, τὸ δὲ.

§. VIII. Particulæ encliticæ rejiciunt accentum in ultimam ſyllabam vocis præcedentis non penacutæ accentu deſtitutam. Ἄνθρωπός ἐστι *homo eſt*, σῶμά μου *corpus meum*; δίκαιόν τινα *juſtum aliquem*.

N. 1. Rejiciunt quoque accentum in voculam atonam: εἴ τινες *ſi qui*.

2. Accentus ad plures encliticas ſeſe conſequentes transfertur: ἄνθρωπός τίς ποτέ μοί φησί σε. Excipienda tamen eſt emphaſis cum euphonia, ut τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα *hoc eſt corpus meum*.

3. Accentus translatus redit in formam acuto nativam: ἄνθρωπός τις ἔλεγε *dixit quidam homo*. pro ἀνθρωπὸς τις &c.

§. IX. Accentus ab enclitica abjicitur poſt vocem accentu in ultima notatam, aut penacutam:

κακός

κακός τις malus quidam, *σοφοί τινες ſapientes quidam*. Idem fit poſt monoſyllabam accentu notatam: *χείρ μου manus mea*, *λόγος μου oratio mea*.

N. Etiam hoc loco redit forma acuti.

§. XI. Encliticæ accentum retinent.

a. Diſſyllabæ poſt vocem penacutam: *λόγος ἐστὶ oratio eſt*, *ἄνδρες τινὲς viri quidam*.

b. Omnes poſt vocem προπερισπωμένην, cujus ultima eſt poſitione longa, item particulam ἕνεκα & præpoſitionem περὶ & κατὰ, ut: *κατῆλιψ μου ſcala mea*, *ἕνεκα σοῦ propter te*, *περὶ σοῦ de te*, *κατὰ σοῦ contra te*.

c. Ad initium periodi, commatis, poſt vocativum, in emphaſi, ut: *Σοὶ χάρις Tibi gratia*. *Ζεῦ, σὲ μέν. Jupiter, te quidem*. *ἤκουσα σοῦ, audivi te*.

d. Adverbia interrogative poſita, ut: *εἰπέ, ποῦ*; dic, ubi?

§. XII. Verbum ἐστὶ fit paroxytonon.

a. Initio orationis, ut: *ἔστιν ἄνθρωπος*.

b. In declarando & exponendo, *Ὁ ἀγρὸς ἔστιν ὁ κόσμος*. *ager eſt mundus*.

c. Poſt ſex particulas, ὡς, οὐκ, καὶ, εἰ, ἀλλά, τοῦτο cum apoſtropho. *ὡς ἔστι, ſicut eſt*. *Τοῦτ' ἔστι, Τουτέστι, hoc eſt*. Plene ſcribes Τοῦτό ἐστι.

§. XIII. Accentus a quibusdam voculis plane abeſt, unde atonæ dicuntur. Hæ ſunt: articulus ὁ, ἡ, οἱ, αἱ &c. particulæ εἰς, εἰ, ἐν, ἐκ, ἐξ, οὐ, οὐκ, οὐχ.

Exc. Accentum admittunt ὅ & ἥ, ſequente δὲ cum apoſtropho, ut *ὅδ', ἥδ' hic vero, hæc vero*; reliquæ ſequentibus encliticis, ut: *εἴς τε, ἔν τε, ἔκ τε* &c. Οὐ & ὡς in clauſulis ſententiarum acutum habent, hoc modo οὔ, ὥς.

§. XIV. Spiritus ſunt duo: Denſus ſive aſper: (῾) *ἅμα ſimul*; Lenis ſive tenuis (᾿) *ἐγώ*.

N. 1. Vocalis & Diphthongus item conſona ρ ab initio vocum notatur ſpiritu, ut *ἅγιος, αἴρω, ῥήτωρ*.

2. Υ & Ρ ab initio denſo; reliquæ vocales nunc tenui, nunc denſo ſpiritu ſignantur: *ὑπὲρ, ῥέω*.

3. Ρ in medio vocis cum geminatur, prius tenui, poſterius denſo notatur: *πόῤῥω, ἐπίῤῥημα*.

§. XV. Apoſtrophus eſt nota vocalis in fine rejectæ ob vocalem ſequentem, ut *ἀπ' ἀρχῆς* pro *ἀπὸ ἀρχῆς*.

N. 1. Habet figuram ſpiritus tenuis. (᾿)

2. Rejiciuntur in fine vocales breves α, ε, ι, ο, & diphthongi αι & οι, quæ ratione accentus pro brevibus habentur, ut: πάνΤ' ἔλεγον pro πάντα ἔλεγον; βέλομ' ἐγώ, pro βέλομαι ἐγώ.

3. Poſt ultimam longam, quæ plerumque retinetur, quandoque abjicitur prima vocalis vocis ſequentis: ἀρετὴ 'ςι pro ἐςι *virtus eſt*.

4. Ob ſequentem vocalem aſpiratam tenuis mutatur in aſpiratam: ἀφ' ὑμῶν pro ἀπὸ ὑμῶν, νύχθ' ὅλην *noctem totam* pro νύκΤ' ὅλην. Idem fit in compoſitione rejecta apoſtrophi nota: ἀφαιρέω *aufero*, ἐφίςημι *inſto*.

5. Præpoſitiones ἀμφὶ, περὶ, πρὸ vocalem plerumque ſervant. Περὶ ὑμῶν *de vobis*, πανΤὶ ἔλεγε *omni dixit*.

6. Vox apoſtropho notata frequenter cum ſequente contrahitur per Craſin atticam, quæ eodem apoſtrophi ſigno notatur: Κἀκεῖνος *& ille*, pro καὶ ἐκεῖνος, προὔργȣ *operæ pretium*, pro πρὸ ἔργȣ quaſi *pro opere*, ἐγῷμαι pro ἐγὼ οἶμαι *ego puto*.

N. Apoſtrophi nota aliquando abjicitur: Τȣ̃τ' ἐςι *hoc eſt*.

7. Particulæ indeclinabiles abjiciunt accentum: παρ' ἐμοὶ *apud me*, ἀφ' ὑμῶν *a vobis*.

8. Vox acuta rejicit accentum in ſyllabam priorem. Φθείρȣσιν ἤθη χρῆσθ' ὁμιλίαι κακαὶ, *corrumpunt bonos mores conſortia mala*: χρῆσθ' pro χρηςά.

9. Apoſtrophus Jonice & ad evitandam ſenſus obſcuritatem frequenter omittitur.

§. XVI. Puncta Diæreſeos in poſteriore litera diphthongi ponuntur ad ſeparandas illius vocales. Ἀϋτὴ *clamor*.

§. XVII. Hyphen, ſive ὑφ' ἓν adhibetur in conjunctione plurium vocum, quæ fit vel abſque nota, ut ὁποιοσȣ̃ν *qualiſcunque*, vel cum nota ‿ aut ⁀, ut κόρακος ⁀πέΤρη, nomen loci.

§. XVIII. Diaſtole, virgula in medio vocabuli poſita, ut ab alia voce diſtinguatur; Τό, τε *& hoc*; ὅ, τε *& quod*; ὅ, τι *quod*. ἅ, τε *& quæ*. Sic diſtinguuntur a particulis τότε *tunc*, ὅτε *quando*, ὅτι *quia*, ἅτε *quippe*.

§. XIX.

§. XIX. Signa interpunctionis, ut interrogationis (;) ἄλλον προσδοκῶμεν; *alium ne exſpectamus ?* Colon ſignatur puncto in ſummitate literæ, ut καλόν· *bonum :* Reliqua communem ſervant morem.

§. XX. N ſubjicitur terminationi in σι, ξι, ψι tertiisque perſonis in ε deſinentibus. ut εἴκοσιν ἄνδρες *viginti viri;* δέδωκεν αὐτῷ *dedit ipſi.* Dicitur ἐφελκυστικόν ſive *aſcititium.*

CAPUT QUINTUM

De vocibus generatim & articulo.

§. I.

Partes orationis ſunt tres: Nomen, Verbum & Particula. Græce ὄνομα, ῥῆμα καὶ σύνδεσμος.

N. Nomen complectitur & pronomen & participium & articulum; verbum conjugatur ſolum; particula eſt vel præpoſitio, vel adverbium, vel conjunctio. Adverbiis plerumque additur interjectio. Græcis *articulus* ἄρθρον, *pronomen* ἀντωνυμία, *participium* μετοχή, *adverbium* ἐπίῤῥημα, *præpoſitio* πρόθεσις dicuntur.

§. II. Nomen eſt

Ratione objecti

Subſtantivum : δένδρον *arbor.*

Adjectivum : ἅγιος ία, ον, *ſanctus, a, um.* Item

Reale : πόλις *civitas.*

Numerale : εἷς *unus,* δύω *duo.*

Ratione ſpeciei

Primitivum, τιμή *bonos,*

Derivativum, τίμιος *bonoratus.* Idque vel a nomine deſcendit ac vulgo derivativum dicitur, ut λίθαξ *lapillus* a λίθος *lapis;* vel a verbo, unde verbale appellatur: γράμμα litera a γράφω *ſcribo.*

Ratione figuræ

Simplex, ἀγαθός *bonus.*

Compoſitum; φιλάγαθος *amans boni.* Quando compoſitio

poſitio plus quam duabus partibus conſtat, dicitur de-compoſitum, *ἀφιλάγαθος non amans boni.*

Ratione regulæ

Analogum: *κύριος dominus.*

Anomalum *πολύς multus*, *πολλή multa.*

§. III. Nomini accidunt genus, numerus, caſus. declinatio. Græce *γένος*, *ἀριθμός*, *πτῶσις*, *κλίσις.*

1. Genus eſt vel maſculinum, *ὁ πατήρ pater*, vel femininum, *ἡ μήτηρ mater*, vel commune *ὁ καὶ ἡ θεός Deus* & *Dea*. Hoc græce *κοινὸν* dicitur, a quo naſcitur & *ἐπίκοινον epicœnum*. *ὁ ἀετός aquila*, *ἡ χελιδών hirundo.*

2. Numerus triplex eſt: ſingularis, dualis & pluralis *ἑνικός*, *δυϊκός καὶ πληθυντικός.*

N. 1. Dualis a N. T. abeſt. Excipe voculas *δύο duo* & *ἀλλήλω mutuo*, in quibusdam exemplaribus, Eph. 4:25.

2. Dualem ex tempore ſic formare licet.

a. Nominativus, accuſativus & vocativus dualis formantur a dativo ſingulari.

* *η* mutando in *α*, ut *τιμά*, *λησά*, *προφήτα.*

* Jota ſubſcr. abjiciendo, expreſſum mutando in *ε*, ut *λόγω*, *Ἕλληνε.*

b. Genitivus & Dativus ex eodem caſu formantur, jota ſubſcriptum & *α* vel *η* mutando in *αιν*; expreſſum & *ω* non atticum in *οιν*, ut: *Αἰνείαιν*, *τιμαῖν*. *βημάτοιν*, *λόγοιν.*

c. Prima dualis in temporibus formationis activæ abjicitur: Prima pluralis *μεθα* in prima duali *α* mutat in *ον*: ex *τυπτόμεθα* fit *τυπτόμεθον nos duo verberamur.*

d. E ſecundæ pluralis mutatur in utraque Duali in *ον*, quoties tertia pluralis terminatur in *ι* aut *αι*; quando tertia pluralis non terminatur in *ι* aut *αι*, tertia dualis habet *ην*, ut: Præſens in plurali habet *τίετε*, *τίουσι*, ergo in Duali *τίετον τίετον*; ſic poſt tertiam pl. paſſivam *τύπτονται* Dualis habet *τύπτεσθον*, *τύπτεσθον* Imperf. activum tertiam pl. terminat in *ον*, ut *ἔτιον*, unde dualis habet *ἐτίετον*, *ἐτιέτην*; in forma paſſiva poſt tertiam pl *ἐτύπτοντο* Dualis habet *ἐτύπτεσθον*, *ἐτυπτέσθην.*

e. Imperativi *ο* ſecundæ Dualis in tertia mutant in *ω*, ut: *Τύπτετον τυπτέτων*; *τύπτεσθε τυπτέσθων.*

3. Caſus ſunt quinque: Nominativus *ἡ ὀνομαστική*, genitivus *ἡ γενική*, dativus *ἡ δοτική*, accuſativus *ἡ αἰτιατική*, vocativus *ἡ κλητική.*

N. D.

N. De caſu ſexto, vel ablativo conſulendi ſunt Sanctius, Vorſtius, alii & qui contra ſcripſit Perizonius ad Sanctii Minervam.

4. Declinationes in univerſum ſunt tres.

N. Quoniam veteres Grammatici declinationes poſuerunt plures, easque ſequuntur ſcriptores adhuc quidam, paucis eas enumerare lubet. Sunt vero ex illorum ſententia

1. Simplices ἁπλαῖ quatuor, nempe deſinentia in ας & ης primam; in α & η ſecundam; in ος & ον tertiam conſtituunt. Quibus non nulli loco quartæ addunt terminata attice in ως & ων. Quæ dicuntur æquiſyllabæ. Quarta denique dicitur creſcens, quod genitivus & ex eo reliqui caſus ſyllaba creſcunt: habet terminationes novem. α, ι, υ, ω, ν, ξ, ρ, ς, ψ.

2. Quinque contractæ (συνῃρημέναι) quarum prima deſinit in ης, ες & ος; ſecunda in ις & ι; tertia in ευς; quarta in ω & ως; quinta denique in ας.

N. Hæc nomina contracta nil aliud ſunt quam vera nomina declinationis creſcentis, adeoque & ſecundum illius paradigma formanda. Contractio juxta regulas & verbis & nominibus communes longe commodius inſtituitur: ut moleſta & operoſa hac partitione nihil ſit opus & adoleſcentes gravi onere levari poſſint.

§. IV. Exemplum declinandi potiſſimum eſt pronomen demonſtrativum, quod ab uſu dicitur articulus, quem declinationes æquiſyllabæ ſequuntur, ut ſuo loco patebit.

Singularis.

	Maſc.		Fem.		Neut.	
N. V.	ὁ	*hic,*	ἡ,	*hæc,*	τὸ.	*hoc.*
Gen.	τοῦ,		τῆς,		τοῦ.	
Dat.	τῷ,		τῇ,		τῷ.	
Acc.	τὸν,		τὴν,		τὸ.	

Dualis.

N. V. A.	τὼ,	τὰ,	τὼ.
G. D.	τοῖν,	ταῖν,	ταῖν.

Pluralis.

N. V.	οἱ,	αἱ,	τά.
G.	τῶν,		
D.	τοῖς,	ταῖς,	τοῖς.
Acc.	τοὺς,	τὰς,	τά.

N. 1. Vulgo hic articulus dicitur præpoſitivus, quod nominibus præponi ſolet. Illi opponitur ὅς, ἥ, ὅ *qui, quæ, quod* & a contraria ratione dicitur poſtpoſitivus. Verum proprie loquendo nihil aliud eſt quam pronomen relativum. cui nomen articuli jure abrogatur, quod illius naturæ repugnat poſtponi.

2. Articulus vocativo caret, præterquam apud Atticos, qui nominativo faciunt ſimilem. Illius loco alii adverbium ὦ præmittunt.

3. Articulo frequenter adjunguntur particulæ γε, δε, τε.

4 In duali τὼ communis eſt generis, ut & τούτω, *μόνω hi* & *hæ*, *ſoli* & *ſolæ*. Vide Vervv.

CAPUT SEXTUM

De Declinationibus.

§. I.

DE Declinationibus in univerſum tenendæ ſunt regulæ ſequentes.

N. 1. Declinatio prima ac ſecunda dicuntur æquiſyllabæ, tertia creſcens, quod in genitivo ſyllaba augetur: Τίς *quis*, τίνος.

2. Neutra, ut apud Latinos, eandem in tribus caſibus habent terminationem.

3. Genitivus pluralis ubique habet ων.

4 Dativus ubique deſinit in jota, quod in declinatione prima & ſecunda ſubſcribitur, in tertia exprimitur, ut: Ταμίᾳ, τιμῇ, λόγῳ, τινί.

5. Vocativus attice ſimilis eſt nominativo.

6. Ablativis græci carent, ſi diſtinctam requiras terminationem; ſi reſpicias uſum & conſtructionem, admitti poteſt.

7. Sin-

7. Singulæ Declinationes ſua habent contracta, quæ in contrahendo ſequuntur regulam communem.

§ II. Declinatio prima eſt nominum, quorum terminatio eſt α, η, ας & ης.

N. Nomina deſinentia in α & η ſunt generis fœminini; in ας & ης maſculini.

§. III. Nomina primæ declinationis flectuntur inſtar articuli feminini.

Sing.	Nom.	Τιμ	ή.
	Gen.	Τιμ	ῆς.
	Dat.	Τιμ	ῇ.
	Accuſ.	Τιμ	ήν.
	Voc.	Τιμ	ή.
Dual.	N. A. V.	Τιμ	ά.
	G. & D.	Τιμ	αῖν.
Plur.	Nom.	Τιμ	αί.
	Gen.	Τιμ	ῶν.
	Dat.	Τιμ	αῖς
	Acc.	Τιμ	άς.
	Voc.	Τιμ	αί.

N. 1. Nomina in ας & ης in genitivo aſſumunt terminationem articuli maſculini ου, ut Αἰνέας *Æneas* έȣ, προφήτης *propheta* προφήτȣ, η, ην, α.

2. Nomina deſinentia in α & ας ſervant α in accuſativo & vocativo, ut: Δόξα *opinio*, ης, ῃ, αν, α; Ἀμύντας *Amyntas*, ἀμύνταν, ἀμύντα.

3. Nomina in α & ας purum, item δα, θα, ρα in toto Singulari loco η habent α, ut Σοφία *ſapientia* ας, ᾳ, αν, α; ταμίας *promus condus*, ίᾳ, ίαν, ία. Idem faciunt contracta in α purum: Μνάα *mina*, μνάας, μνάᾳ, μνάαν, μνάα. Sic Αθηνᾶ *Minerva*.

Exc. λύθθα, λύθθης nomen urbis, σπεῖρα *cohors* σπείρης Actor. 9: 38. 10: 1. ἄκανθα *ſpina* ἀκάνθης.

4. Nomina quædam in ας propria potiſſimum & circumflexa in omni caſu ſervant α, ut: λȣκᾶς, ᾶ, ᾷ, ᾶν, ᾶ. Sic θωμᾶς, κηφᾶς, σατανᾶς, μαμμωνᾶς, πάππας *Papa*.

 5. Geni-

5. Genitivi quidam utramque admittunt terminationem in ου & α, ut: ἀρχύτας, ἀρχύτου & ἀρχύτα. Sic πατραλοίας *parricida*, μητραλοίας *matricida*, &c.

6. Vocativus abjicit ς nominativi: Αἰνέας, ὦ Αἰνέα, χρύσης *Chryſes*, ὦ χρύση.

7. Vocativus nominum in της exit in α breve: Τοξότης *ſagittarius* Τοξότα. Sic gentilia σκύθης, α. *ſcytha*; Bœotica in πης: κυνώπης, α, *impudens*: compoſita ex verbis μετρῶ, πολῶ, τρίβω, ut γεωμέτρης *geometra*, βιβλιοπώλης *bibliopola*, παιδοτρίβης *pædotriba*, γεωμέτρα &c.

8. Nomina in στης utramque terminationem habent: κτιστὴς *creator*, κτιστὴ & κτιστά. Πέρσης *Perſa*, gentile habet πέρσα, ſed πέρσης *Perſes* proprium habet πέρση.

9. In duali & plurali ſequuntur omnino articulum femininum: ἡμέραι *dies*, λησταὶ latrones &c.

10. De accentu vide ſis Caput IV.

Contractio.

Contractio hujus Declinationis fit in terminationem ſolitam, ut

S. Μνάα	*Mina*,	μνᾶ.	D. Μνάα, μνᾶ		P. Μνάαι, μναῖ.
Μνάας		μνᾶς.	Μνάαιν, μνᾶιν.		Μνάων, μνῶν.
Μνάᾳ		μνᾷ.			Μνάαις, μναῖς.
Μνάαν		μνᾶν.			Μνάας, μνᾶς.
Μνάα		μνᾶ.			Μνάαι, μναῖ.

Sic contrahuntur Ἀθηνάα, ᾶ *Minerva*; ἐρέα, ᾶ *lana*; πορφυρέα, ᾶ *purpurea*. Conf. C. VI. §. 1: 7.

N. 1. Nomina deſinentia in εα non præcedente ρ, aut vocali, item terminatio όη contrahuntur in η, ut γέα γῆ *terra*, ἁπλόη, ῆ *ſimplex*.

2. Nomina deſinentia in εας & έης contractionem formant, ex terminatione in ης. Ἑρμέας, ἑρμέης, Ἑρμῆς *Mercurius*, έου, οῦ, έῃ, ῇ, έην, ῆν &c.

CAPUT

CAPUT SEPTIMUM

De Declinatione Secunda.

§. I.

DEclinatio ſecunda eſt nominum, quorum terminatio eſt ος & ον, ut: ὁ λόγος *ſermo*, τὸ ξύλον *lignum.*

N 1. Huc pertinent quoque nomina terminationis atticæ in ως & ων, ut: ὁ Μενέλεως, *Menelaus*, τὸ ἔυγεων *fœcundum.*

2. ος & ως plerumque ſunt generis maſculini. ὁ λαὸς, λεὼς *populus.* Feminini ſunt ἡ ὁδὸς *via*, ἡ ἅλως *area* &c. Communis, ὁ, ἡ ἄνθρωπος *homo, vir, femina*; ὁ, ἡ ἔυγεως *fecundus, fecunda.* Sic multa adjectiva, de quibus poſtea.

3. ον & ων ſemper ſunt Neutra. Pro ων tamen ponitur etiam ω, ut τὸ ἀγήρω *ſenii expers* pro ἀγήρων, τὸ ἐπίπλεω *plenum*, veluti pro ον habet ο ἄλλο *aliud*, τὸ *hoc* articulus, & pronomina ὃ *quod*, τοῦτο, ἐκεῖνο, αὐτὸ *hoc, illud, ipſum.* Attici dicunt τηλικοῦτον, τοιοῦτον, τοσοῦτον, ταὐτὸν, αὐτὸν pro τηλικοῦτο *tantum*, &c.

§. II. Nomina in ος declinantur inſtar articuli maſculini, ον ſequitur neutrum. Vocativus deſinit in ε.

Maſculinum.				*Neutrum.*			
Sing.	N.	λα ὸς	*populus.*	Sing.	N.	ξύλ ον	*lignum.*
	G.	λα οῦ.			G.	ξύλ ου.	
	D.	λα ῷ.			D.	ξύλ ῳ.	
	A.	λα ὸν.			A.	ξύλ ον.	
	V.	λα έ.			V.	ξύλ ον.	
D.	N. A. V.	λα ὼ.		Dual.	N.A.V.	ξύλ ω.	
	G. D.	λα οῖν.			G.D.	ξύλ οιν.	
Plur.	N.V.	λα οὶ.		Plur.	N.A.V.	ξύλ α.	
	G.	λα ῶν.			G.	ξύλ ων.	
	D.	λα οῖς.			D.	ξύλ οις.	
	A.	λα οὺς.					

N. Attica in ως & ων ita declinantur, ut terminatio ubique retineat ω, ſervata conſona finali. Jota ſubſcribitur, υ vero abjicitur, ut:

Sing.	N.V.	Ἀπολλῶς *Apollo.*	N.A.V.	Ἀνώγεων. *Cœnaculũ.*	
	G.	Ἀπολλῶ.	G.	Ἀνώγεω.	
	D.	Ἀπολλῷ.	D.	Ἀνώγεῳ.	
	A.	Ἀπολλῶν.			
Dual.	N.A.V.	Ἀπολλὼ.	N.A.V.	Ἀνώγεω.	
	G.D.	Ἀπολλῷν.	G.D.	Ἀνώγεῳν.	
Plur.	N.V.	Ἀπολλῷ.	N.A.V.	Ἀνώγεω.	
	G.	Ἀπολλῶν.	G.	Ἀνώγεων.	
	D.	Ἀπολλῷς.	D.	Ἀνώγεῳς.	
	A.	Ἀπολλῶς.			

N. Nonnulla in ως in accuſativo abjiciunt ν. ut: Ἄθως *Athos* mons τὸν Ἄθω, Ἕως *Aurora* τὴν ἕω, Κῶς *Cos* inſula τὴν κῶ. &c.

Contractio.

Contractio hujus declinationis fit juxta regulas communes. Conf. C. VI. §. 1: 7.

Sing.	N.	Νοός, νοῦς *mens.*	N.A.V.	Ὀστέον,	ὀστοῦν *os.*	
	G.	Νόου, νοῦ.		ὀστέου,	οῦ.	
	D.	Νόῳ, νῷ.		ὀστέῳ,	ῷ.	
	A.	Νόον, νοῦν.				
	V.	Νόε, νοῦ.				
Dual.	N. A. V.	Νόω, νώ.		Ὀστέω,	ὀστώ,	
	G. D.	Νόοιν, νοῖν.		ὀστέοιν,	ὀστοῖν.	
Plur.	N. V.	Νόοι, νοῖ.	N.A.V.	Ὀστέα,	ὀστᾶ.	
		Νόων, νῶν.		ὀστέων,	ὀστῶν.	
		Νόοις, νοῖς.		ὀστέοις,	ὀστοῖς.	
		Νόους, νοῦς.				

Sic ἀργύρεος, οῦς. *argenteus*, έου, οῦ, έῳ, ῷ &c. εὔνοος, εὔνους *benevolus*, ἄνοος, ἄνους *amens*, &c. Σάος, σῶς *ſalvus*, Σάον, σῶν *ſalvum*, τοὺς σάους, τὰς σάας σῶς, σάα σᾶ. Ceteri caſus non contrahuntur.

N. Neutra pluralia raro contrahuntur. Εὔνοα *benigna* non εὔνα, neque omnino ὄγδοος *octavus.*

CAPUT

CAPUT OCTAVUM.

De Declinatione Tertia.

§. I.

TErtia declinatio complectirur nomina terminata in quatuor vocales α, ι, υ, ω & quinque conſonantes ν, ξ, ρ, ς, ψ, cum genitivo creſcente in ος.

N. 1. Genera habet omnia.

2. Caſus reliqui formantur a genitivo, excepto vocativo ſingulari.

3. Quædam nomina poſt ſyncopen, aut contractionem fiunt æquiſyllaba. Πατὴρ, πατέρος, πατρὸς; κρέας, κρέατος, κρέαος, κρέως.

4. Terminationes caſuum collige ex paradigmatibus.

5. Nomina literarum, ut τὸ ἄλφα, βῆτα &c. υ, ο, ω non mutantur. Dicimus enim τοῦ ἄλφα, τοῦ ἔψιλον &c. Sed hæ vocales junctæ adjectivis variantur, ut ε ψιλὸν, ε ψιλοῦ, ω μέγα ω μεγάλου.

6. Immutabilia quoque ſunt nomina a fine decurtata, ut ὕφα pro ὕφασμα *textus.*

§. II. Declinationis typus eſſe poteſt pronomen Τὶς *aliquis.*

Maſ. & Femin.			*Neutrum.*		
Sing.	N.	Τὶς.	Sing.	N.	Τὶ *aliquid.*
	G.	Τι νός.		G.	Τι νός.
	D.	Τι νὶ.		D.	Τι νὶ.
	A.	Τι νά.		A.	Τὶ.
	V.	Τὶς.		V.	Τὶ.
Dual.	N. A. V.	Τιν ὲ.	Dual.	N. A. V.	Τιν ὲ.
	G. D.	Τιν οῖν.		G. D.	Τιν οῖν.

Plur.

Plur.	N.	Τιν ἐς.	Plur.	N.	Τιν ἀ.
	G.	Τιν ὤν.		G.	Τιν ὤν.
	D.	Τι σὶ.		D.	Τι σὶ.
	A.	Τι νὰς.		A.	Τιν ἀ.
	V.	Τι νὲς.		V.	Τιν ἀ.

Sic formantur reliqua nomina, veluti

Maſcul.			*Neutrum.*		
Sing.	N. V.	Μὴν *menſis.*	Sing.	N. A. V.	Σῶμα *corpus.*
	G.	Μην ὸς.		G.	Σώματος.
	D.	Μην ὶ.		D.	Σώματι.
	A.	Μην ὰ.			
Dual.	N. A. V.	Μην ὲ.	Dual.	N. A. V.	Σώματε.
	G. D.	Μην οῖν.		G. D.	Σωμάτοιν.
Plur.	N. V.	Μην ὲς.	Plur.	N. A. V.	Σώματα.
	G.	Μην ὤν.		G.	Σωμάτων.
	D.	Μη σὶ.		D.	Σώμασι.
	A.	Μην ὰς.			

N. 1. Genitivus ſingularis nominibus deſinentibus in vocalem, item conſonas ν, vel ρ, ſimpliciter addit ος vel τος. ut σίνηπι *ſinapi* σινήπιος, μέλι *mel* μέλιτος, μήκων *papaver* μήκωνος. Terminatio attica in ως eſt frequentiſſima; πίςις *fides*, πίςεως.

N. a. Quædam illorum præterea mutant vocalem præcedentem ω in ο vel ου, & η vel υ in ε, ut: πρίων, ονος *ſerra*, δράκων, οντος *draco*, τυπῶν, ῦντος *verberaturus*, αἰθὴρ, ἐρος *æther*, ἄςυ ἄςεος *urbs*.

b. Omnia deſinentia in ς, ξ, ψ, interponunt ο, το, δο, θο, νο, ντο. ut: ὁ ἅλς, ἁλὸς *mare*, ἄναξ (vel ἄνακς) ἄνακτος, *rex*. Quædam autem nomina hujus terminationis præterea ι & υ abjiciunt: ut κλεὶς, κλενὸς *pecten*, πῦς, ποδὸς *pes*, vel mutant η & υ in ε. Δημοσθένης, εος; ὀξὺς, έος *acutus*; vel diphthongum dividunt υ cum ο permutantes, ut: ναῦς, ναὸς *navis*.

c. Quæ de cognitione generum ac formatione genitivi multi in tabellas operoſe conjecerunt, nos exercitationi permittimus. Qui volet adeat Vervv. & Hallenſem, aliosve.

2. Accuſativus ſingularis exit in α. ut ἕλλην *græcus*, ἕλληνα.

Exc.

Exc. a Nomina in ις & υς, αυς & ους, quæ in genitivo habent ος purum, aſſumunt ν, ut: ὄφις *ſerpens*, ὄφιος & ὄφεως, ὄφιν; βότρυς, υος, υν *racemus*. ὀξύς, έος, ύν, *acutus*, ναῦς *navis* ναὸς ναῦν, βοῦς βοὸς, βοῦν *bos*. Nonnulla quoque habent α: τὸν βότρυα, ὀξέα, τὴν νέα vel νῆα *navim*, in primis apud Poetas.

b. Barytona in ις & υς in genitivo habentia ος impurum utramque admittunt terminationem in α & ν. ἔρις *lis* ἔριδος habet ἔριδα & ἔριν, χάρις *Dea* habet χάριτα, χάρις *gratia*, *beneficium* plerumque χάριν. ἐλπὶς *ſpes*, πατρὶς *patria*, φροντὶς *cura*, atque alia non barytona faciunt tantum ἐλπίδα, πατρίδα, φροντίδα. Compoſita vero potius ιν quam ιδα habent, ut εὔελπιν, *bona ſpe utentem*, φιλόπατριν *patria amantem*, ἄφροντιν *ſecurum*.

c. Nomina ſyncopata retinent ε. πατέρα, μητέρα, γαστέρα: πάτρα enim eſt *patria*, μήτρα *matrix*, γάστρα *fundus vaſis*, *carina*. At θυγάτηρ *filia* habet θυγατέρα & θυγάτρα.

3. Vocativus retinet formam nominativi. ὁ & ὦ Τιτὰν *Titan*, ὁ & ὦ ἕλλην *græcus*, *græce*.

Exc. a. Adjectiva in ην, & ηρ barytonum mutant vocalem longam in brevem, i. e. η in ε, ut: ὁ τέρην *tener*, ὦ τέρεν; ἡ μήτηρ *mater* μῆτερ. Accedunt quatuor oxytona πατὴρ *pater*, δαὴρ *levir*, ἀνὴρ *vir*, σωτὴρ *ſervator*, in vocativo πάτερ, δᾶερ, ἄνερ, σῶτερ, quod & σωτήρ. Idem faciunt nomina in ης, εος Δημοσθένης, Δημόσθενες. Nomina in ω & ως genitivi όος mutant in οῖ. Ἠχὼ, όος, οῖ *Echo*; Αἰδὼς, οῖ *pudor*.

b. Ων & ωρ ſæpe mutantur in ον & ορ, ὁ καὶ ἡ κακοδαίμων, *infelix* ὦ κακόδαιμον. Sic Ἀπόλλων, *Apollo*, ποσειδῶν *Neptunus*, κύων *canis*, γέρων *ſenex*; Comparativa, ut: βελτίων, *melior* ὦ βέλτιον &c. Quædam accentum non retrahunt: λακεδαίμων *Lacedamon*, ὦ λακεδαῖμον. ſic ἐλεήμων *miſericors*, παντοκράτωρ *omnipotens*.

c. Diphthongi ευς & ους deponunt ς. ὦ βασιλεῦ, βοῦ, πλακοῦ, *O rex*, *bos*; *placenta*! Adde παῖς, παῖ *puer* cum compoſitis, υς circumflexum, ις & υς barytonum, υς adjectivorum acutum & quædam propria in ας; Μῦς, μῦ *mus*, ἰχθῦς, ῦ atticum *piſcis*, ὄφις, ι *ſerpens*, βότρυς, υ, *racemus*, ὀξύς, *acutus* ὀξύ. Θόας, α, *Thoas*, κάλχας, α. *Calchas*. Quibus adde γύναιξ *mulier* γύναι, ἄναξ *rex* ἄνα. Verum non contracta ποῦς *pes* & ὀδοὺς *dens* ſigma ſervant.

d. Multa propria & quædam barytona in ας pro σ aſſumunt ν. Idem faciunt adjectiva in εις, quæ præterea ι abjiciunt, ut: Πολυδάμας, Αἴας, *Polydamas*, *Ajax*, ὦ πολυδάμαν, Αἶαν; μέλας, αν, *niger*, τάλας, αν *miſer*; χαρίεις *gratioſus*, χαρίεν & aliquando χαρίει. Σιμόεις nomen fluminis, Σιμόεν.

4. Da-

4. Dativus pluralis formatur a Dativo ſingulari poſito ſigma ante iota: τῷ βότρυι, τοῖς βότρυσι *racemo*, *racemis*; τῷ ῥήτορι, τοῖς ῥήτορσι *rhetori*, *rhetoribus*: ὁ κόραξ, *corvus* κόραξι, pro κόρακσι; ὁ Ἄραψ, *Arabs*, τῷ Ἄραβι, Ἄραψι pro Ἄραβσι.

N. a. Literæ δ, τ, θ, ν rejiciuntur, οντ in ουσι; αντ in ασι mutando: λαμπάδι *lucerna*, λαμπάσι; ποδὶ *pedi*, ποσί; ὁ στὰς *ſtans*, στᾶσι; κτεὶς *pecten*, κτενὶ, κτεσὶ *pectini*, *pectinibus*; τιθέντι *ponenti*, τιθεῖσι; λέοντι *Leoni*, λέουσι. At ἕλμινς *lumbricus*, ἕλμινσι; χεὶρ *manus*, χερσί; Τλήμων *tolerans*, τλήμοσι.

b. Nomina in αυς & ευς addunt nominativo ſingulari ι. Ναῦς *navis*, ναυσί, βασιλεὺς *rex* βασιλεῦσι. At υἱεὺς *filius*, υἱέσι, δρομεὺς *curſor*, δρομεῦσι.

c. Nomina in ηρ & ην quæ ſyncopen patiuntur, faciunt in ασι. πατὴρ, πατράσι, μητὴρ μητράσι. Sic θυγατράσι *filiabus*, ἀνδράσι *viris*: ὁ ἀρὴν *agnus* facit ἀρῆνι, ἀρνὶ, ἀρνάσι. Sed γαστὴρ *venter* γαστῆρσι.

d. Dativi neutrorum nonnunquam aſſumunt etiam formam declinationis ſecundæ. ἐπίγραμμα *epigramma*, ἐπιγράμμασι & ἐπιγραμμάτοις.

Contractio.

§. III. Contractio hujus declinationis complectitu[r] omnia nomina, quæ ab antiquioribus grammatici[s] ad quinque declinationes contractas referuntur. Ne[que] enim aliud quicquam hæc nomina ſunt, quam nom[i]na declinationis creſcentis, quæ ob concurſum voc[a]lium contractionem poſtulant.

§. IV. Hujus declinationis nomina ſunt vel ὁλοπαθῆ vel ὀλιγοπαθῆ. Utraque contrahuntur ſecundum regu[]las contrahendi generales. Conf. C. III. B & C.

§. V. Ex illorum numero, quæ dicuntur ὁλοπαθῆ ſunt exempli gratia

1. ὁ λάας *lapis* λᾶς, λάαος λᾶος, λάαϊ λᾶϊ &c.

2. ὁ τιμήεις τιμῆς *honoratus*, τὸ τιμῆεν τιμῆν, τοῦ τιμήεντ[ος] τιμῆντος. Ita contrahitur femininum τιμήεσσα τιμῆσσα: S[ic] quoque τὸ ἔαρ ἦρ *ver*, ἔαρος ἦρος, κέαρ κῆρ *cor*. At στέ[αρ] *ſebum* non habet στῆρ, aut στῆρος, ſed στέατος. Conf. C. I[II.] B. §. III.

§. [V]

§. VI. Ex nominibus quæ dicuntur ὀλιγοπαθῆ vulgo conſtant declinationes contractæ, quorum exempla infirmiorum cauſa ſubjicimus. Ea referri poſſunt ad ſex claſſes.

1. Nomina deſinentia in ης, & ος.

S.	Δημοσθένη.	
	Δημοσθένεος,	Δημοσθένους.
	Δημοσθένεϊ,	Δημοσθένει.
	Δημοσθένεα,	Δημοσθένη.
	Δημόσθενες.	
D.	Δημοσθένεε,	Δημοσθένη.
	Δημοσθενέοιν,	Δημοσθένοιν.
Pl.	Δημοσθένεες,	Δημοσθένεις.
	Διμοσθενέων,	Δημοσθενῶν.
	Διμοσθενέσι.	
	Δημοσθένεας,	Δημοσθένεις.
	Δημοσθένεες,	Δημοσθένεις.

Sic τὸ ἀληθὲς *verum* ἀληθέος, οῦς &c. pl. ἀληθέα, ῆ; τὸ τεῖχος *murus*, τοῦ τείχεος, ους. &c. plur. τείχεα τείχη *muri*.

N. Propria quædam in ης in accuſ. habent η & ην. Δημοσθένη ex Δημοσθένεος, & Δημοσθένην. Ita Αριστοφάνης, Σωκράτης.

2. Nomina deſinentia in ις & ι.

S.	Οφις *Serpens.*	D.	ὄφιε.	P.	ὄφιες, ὄφις.
	ὄφιος		ὀφίοιν.		ὀφίων.
	ὄφιι				ὄφισι.
	ὄφιν.				ὄφιας, ὄφις.
	ὄφι.				ὄφιες, ὄφις.

Sic formantur ἡ πόλις *urbs*, ὁ καὶ ἡ νῆστις *jejunus*, α, τὸ σίνηπι *ſinapi*, alia.

Nomina deſinentia in ευς.

S.	Οʻ βασιλεὺς	*Rex.*
	βασιλέως.	

Digitized by Google

	βασιλέϊ	βασιλεῖ.
	βασιλέα.	
	βασιλεῦ	
D.	βασιλέε.	
	βασιλέοιν.	
P.	βασιλέες,	βασιλεῖς.
	βασιλέων.	
	βασιλεῦσι.	
	βασιλέας,	βασιλεῖς.
	βασιλέες,	βασιλεῖς.

4. Nomina deſinentia in ως & ω.

S.	Ἡ Αἰδώς.	*pudor.*
	Αἰδόος,	αἰδοῦς.
	Αἰδόϊ,	αἰδοῖ.
	Αἰδόα,	αἰδῶ.
	Αἰδοῖ, vel αἰδοί.	

N. a. Sic formantur ἡ λητὼ *Latona*, ἡ ἠχὼ *echo*.

b. Accuſativus ſingularis ab ως in contractione notatur circumflexo, ab ω, acuto: Αἰδὼς, αἰδόα, αἰδῶ; ἠχὼ *echo*, ἠχόα ἠχώ.

c. De duali ac plurali videſis C. III. B. §. V. N. 2.

5. Nomina deſinentia in ας purum & ρας.

S.	τὸ κρέας *Caro.*		
	κρέατος,	κρέαος,	κρέως.
	κρέατι,	κρέαϊ,	κρέᾳ.
	κρέας.		
	κρέας.		
D.	κρέατε,	κρέαε,	κρέα.
	κρεάτοιν,	κρεάοιν,	κρεῷν.
P.	κρέατα,	κρέαα,	κρέα.
	κρεάτων,	κρεάων,	κρεῶν.
	κρέασι.		
	κρέατα,	κρέαα,	κρέα.
	κρέατα,	κρέαα,	κρέα.

Sic κέρας, *cornu.*

6. Nomi-

Nomina deſinentia in υς & υ.

S.	Πῆχυς, ὁ *cubitus.*		S.	ἰχθὺς	*piſcis.* ὁ.
	Πήχεως.			ἰχθύος.	
	Πήχεϊ,	πήχει.		ἰχθύϊ.	
	Πήχεα.			ἰχθύν.	
	Πῆχυ.			ἰχθύ.	
D.	Πήχεε.		D.	ἰχθύε.	
	Πηχέοιν.			ἰχθύοιν.	
P.	Πήχεες,	πήχεις.	P.	ἰχθύες,	ἰχθῦς.
	Πηχέων.			ἰχθύων.	
	Πήχεσι.			ἰχθύσι.	
	Πήχεας,	πήχεις.		ἰχθύας,	ἰχθῦς.
	Πήχεες,	πήχεις.		ἰχθύες,	ἰχθῦς.

Sic Τὸ Ἄστυ, εος, *urbs*, ὁ & ἡ ὀξὺς *acutus, a*, ὠκὺς *velox*, βραδὺς *tardus*, ἡδὺς *ſuavis*, θῆλυς *femineus*, Τρίβραχυς *tribus brevibus conſtans* & ἥμισυς *dimidius*. At ſubſtantiva in υς flexa per υος Nominativum, Accuſativum & Vocativum pluralem contrahunt in υ. Conf. c. III. C. V. ut: ὁ βότρυς *racemus*, βότρυες, βότρυος, βότρυς. Sic præter ἰχθὺς *piſcis*, στάχυς *ſpica*, νέκυς *mortuus*, &c.

N. 1. Neutra in ſingulari Dativo tantum, rariſſime in plurali contrahuntur.

2. Pauca quædam in αυς, ους & ευς in uno atque altero caſu tantum contrahuntur, ut: ἡ ναῦς *navis* g. ναὸς, d. νηΐ acc. ναῦν, poet. νάα. voc. ναῦς. Dualis νάε, ναοῖν. Plur. νάες, vel cum Thucyd. potius νῆες g. ναῶν. d. ναυσὶ. ac. νάας contr. ναῦς. voc. νάες contr. ναῦς. Sic γραῦς *anus*.

3. Ὁ καὶ ἡ βοῦς *bos, vacca*, g. βοὸς, d. βοῒ, acc. βοῦν raro βόα, v. βοῦ. Dualis βόε, βοοῖν. Plur. βόες, βοῦς g. βοῶν. d. βουσί. a. βόας, βοῦς, v. βόες, βοῦς. E contrario ὁ νοῦς, νοὸς *mens*, contractionem abjicit in νόες & νόας. Sic ὁ χοῦς χοὸς *terra*.

4. ἡ κλεῖς *clavis* in accuſativo plurali habet κλεῖδας & contracte κλεῖς.

CAPUT NONUM

A. *De Declinationibus Anomalis.*

B. *De Nominibus derivativis.*

C. *De Vocibus compoſitis.*

§. A.

QUædam nomina a communi declinandi modo diſcedunt, unde anomala dicuntur.

§. I. Hæc anomala ſunt talia vel defectu, vel copia: a defectu dicuntur defectiva, a copia quædam diverſas habent declinationes, alia diverſas terminationes.

§. II. Defectiva talia ſunt vel caſu, vel numero.

a. Defectiva caſu vel unum habent caſum, unde monoptota dicuntur, ut γυνὴ *mulier.* Reliqui caſus formantur ab inuſitato γύναιξ: unde habet γυναικὸς, γυναικὶ, γυναῖκα, γύναι. &c.

N. Huc refer nomina ἄκλιτα, i. e. *indeclinabilia*, ut literarum, βῆτα, γάμμα &c. vocum a poetis contractarum, aut auctarum: δῶ & δῶμα *domus*, ἑτέρηφι *alia* pro ἑτέρα; propria terminationis inſolitæ: Ἀβραάμ, Δαβίδ.

Duos tantum caſus habentia, ſive diptota ſunt. N. V. ἡ ὦ πρέσβα pro πρέσβειρα *vetula*, ἡ, ὦ δώς *donum*, &c.

Tres Caſus habentia ſive triptota ſunt Ὁ Ζεὺς *jupiter*, τὸν ζεῦν, ὦ ζεῦ. τῦ Διὸς *Jovis*, τῷ Διὶ *Jovi*, τὸν Δία *Jovem*, a Δὶς venit. Talia ſunt: Τὸ, ὦ Δέμας *corpus*, σέλας *ſplendor*, ἦδος *dulcedo*, ὄναρ *ſomnium* &c. Ita ἀλλήλων, ἀλλήλοις, ἀλλήλαις, ἀλλήλους *invicem*, *mutuo.*

Quatuor caſus habent & tetraptota dicuntur: τῆς γυναικὸς, γυναικὶ, γυναῖκα, γύναι, &c.

b. Defectiva numero carent

α. Singulari, ut nomina feſtorum: τὰ Διονύσια *feſtum Bacchi*, παναθήναια *feſtum Minervæ*; Urbium: θῆβαι *Thebæ.*

bæ. Sic τὰ ἄλφιτα pro *victu* ſumtum, cum ἄλφιτον ſit *farina.*

β. Plurali, ἡ γῆ *terra*, τὸ πῦρ *ignis*, ὁ ἀὴρ *aer*, ἡ ἅλς *mare*, τὸ ἔλαιον *oleum* &c. Rarum eſt ἀέρων, ἀέρας; πυρός.

c. A copia ſunt anomala quæ alias dicuntur heteroclita, quoniam in diverſa declinatione occurrunt.

1. Ad Declinationem primam tertiamque pertinet ὁ Δάρης *Dares*, τοῦ Δάρου & Δάρητος, τὸν Δάρην & Δάρητα; Ἀριστοφάνης *Ariſtophanes*, Ἀριστοφάνου & ἄνεος, ἄνους. Δεσπότης *dominus*, δεσπότην & δεσπότεα, δεσπότας & δεσπότεας; Μωσῆς & Μωυσῆς, οῦ, item Μωσεύς, έως *Moſes.* Sic ἡ βλάβη & τὸ βλάβος *damnum*, ἡ δίψα & τὸ δίψος *ſitis*, ἡ νίκη & τὸ νῖκος *victoria*, &c.

2. Ad Declinationem ſecundam tertiamque pertinent ὁ νόος, νοῦ, item ὁ νοῦς, νοὸς *mens*; ὁ σκότος, ου, attice τὸ σκότος, εος *tenebræ*; ὁ & τὸ ὄνειδος *infamia*, ὁ & τὸ ἔλεος *miſericordia*, ὁ & τὸ θρῆνος *lamentatio*, τὸ δένδρον, ου & τὸ δένδρος, εος, *arbor*, ὁ ἀσπασμὸς, τὸ ἄσπασμα *ſalutatio.* Ο' Μίνως, τοῦ μίνωος *Minos*, ἥρως, ἥρωος *heros* ex ſecunda decl. habent etiam Μίνω, ἥρω. υἱὸς filius habet τοῦ υἱοῦ, & υἷος contractum ex υἱέος quod ab inuſitato υἷς oritur, & υἱέως ab υἱεύς.

3. Diverſam habent terminationem in eadem declinatione & quidem ex ſecunda: ὁ δεσμὸς, τὸ δεσμὸν *vinculum.* Sic ὁ βύτυρος, τὸ βύτυρον *butyrum*; ὁ ζυγὸς, τὸ ζυγὸν *jugum*; ὁ νῶτος, τὸ νῶτον *dorſum.* Sunt & quæ unam terminationem habent in ſingulari, ſed duplicem in plurali ob alteram obſoletam, ut: ὁ ἐρετμὸς *remus*, οἱ ἐρετμοὶ & ἐρετμὰ, ab antiquato ἐρετμόν. Sic ὁ κύκλος *circulus*, οἱ κύκλοι & τὰ κύκλα, ὁ λύχνος *candela*, τράχηλος *collum*, σταθμὸς *ſtabulum*, στάδιον *ſtadium.* Ex tertia declinatione hujuſcemodi ſunt τὸ γόνυ *genu*, τοῦ γόνυος, per metatheſin γνυὸς, γόνατος, quod ab antiquo γόνας; τὸ δόρυ *haſta*, τοῦ δόρυος, δορὸς & δόρατος ab ant. δόρας; γάλα *lac*, τοῦ γάλατος & γάλακτος ab inuſ. γάλαξ.

4. His addi poſſunt quæ ex decl. 3ª in genitivo diverſam admittunt terminationem, ut ἡ δῆρις, *pugna* τῆς δήριδος & δήρεως. Sic ἡ σεμίδαλις *flos tritici, triticum*; ἡ θέμις, *lex, jus, Dea judicii,* θέμιδος, apud Platonem θέμιτος, unde Doricum θέμισος. Compoſita a Πȣ̃ς *pes* habent ποδὸς & πȣ̃: ὁ δίπȣς *bipes,* δίποδος & δίπȣ.

5. Prorſus ſingularis eſt declinatio nominis Ἰησȣ̃ς *Jeſus*, ut ὁ Ἰησȣ̃ς, τȣ̃ Ἰησȣ̃, τῷ Ἰησȣ̃, τὸν Ἰησȣ̃ν, ὦ Ἰησȣ̃: convenit cum dialecto Dorica.

6. De anomala declinatione adjectivorum μέγας *magnus* & πολὺς *multus* in ſequentibus agetur.

B. Nomina derivativa ſunt, quæ oriuntur vel a nominibus, vel a verbis, vel ab aliis orationis partibus, & quidem

I. A nominibus derivantur

1. Subſtantiva ab adjectivis: Τελειότης *perfectio*, a τέλειος *perfectus*, κακία *malitia*, a κακὸς *malus*.

2. Adjectiva a ſubſtantivis. προφητικὸς *propheticus* a προφήτης *propheta*, σωματικὸς *corporeus* a σῶμα *corpus*.

3. Subſtantiva & adjectiva a ſubſtantivis, & quidem

a. Denominativa, quæ ita ab alio nomine derivantur, ut ad aliam derivativorum claſſem referri non poſſint, ut: σπȣδαῖος *ſtudioſus*, a σπȣδὴ *ſtudium*.

N. Huc referri poſſunt feminina, quæ a maſculinis formantur mutata ſolum terminatione: Ἄνασσα *regina* ab ἄναξ *rex*, Φοίνισσα *phœnicia* a Φοῖνιξ *phœnix*; βασίλεια *regina* a βασιλεύς: dicitur etiam βασιλὶς, βασίλισσα, βασίλιννα; σώτειρα *ſervatrix* a σωτὴρ *ſervator*; ψάλτρια *pſaltrix*, a ψάλτης *pſaltes*; θεὰ & θέαινα *Dea* a θεὸς *Deus*; θεράπαινα a θεράπων *ſervus*.

b. Patronymica, quæ a Patrum, majorumve nomine deducuntur: πριαμίδης *priamides* a πρίαμος *Priamus*, κρονίδης *Saturnides*, vel *Saturnius* ſc. *filius* a κρόνος *Saturnus*. Sic feminina ἡλιὰς *ſolis filia*, πριαμὶς *Priami filia* &c.

c. Gen-

c Gentilia, quæ a primitivis gentem patriamve ſignificantibus originem trahunt: Ῥωμαῖος *Romanus* a Ῥώμη *Roma*, Ἀλεξανδρεύς *Alexandrinus* ab Ἀλεξάνδρεια *Alexandria*, Αἰγύπτιος *Ægyptius* ab Αἴγυπτος *Ægyptus*.

d. Poſſeſſiva, quæ proprietatem, aut poſſeſſionem denotant: Ἐπικούρειος *epicureus*, ἀνθρώπινος *humanus*, θαλάσσιος *maritimus*.

e. Amplificativa, quæ ad ſignificationem primitivi aliquid addunt: ut, χείλων *labeo*, a χεῖλος *labium*; γάστρων *ventroſus* a γαστὴρ *venter*.

f. Diminutiva, quæ ſignificationem primitivi imminuunt: λίθαξ *lapillus*, a λίθος *lapis*, ἀνθρωπίσκος *homuncio* ab ἄνθρωπος *homo*, μειρακίσκος *adoleſcentulus* a μεῖραξ *adoleſcens*.

N. Quædam diminutiva ex ſe nova formant: a πόλις *civitas* fit πολίχνη *parva civitas*, hinc πολίχνιον *parvula civitas*, ſic ab εἷμα *veſtitus* fit ἱμάτιον, ἱματίδιον & ἱματιδάριον..

II. A verbis derivantur nomina, quæ hinc verbalia dicuntur: ſunt autem vel

1. Verbalia activa.

a. A præſenti activo deſcendunt terminata in εια & ις. Δουλεία *ſervitus*, a δουλεύω *ſervio*; δύναμις *potentia* a δύναμαι *poſſum*. Huc referas comparativos & ſuperlativos, qui vulgo parum ſcienter verbis tribuuntur, ut: φέρτερος & φερίων *præſtantior*, φέρτατος, φέρτιστος & φέριστος a φέρω *porto*; βέλτερος *melior*, βέλτατος & βέλτιστος, a βάλλω *jacio*.

b. Ab aor. 2. venit εα, ut ἡ ἰδέα, *idea*, *forma* ab ἴδον *vidi*.

c. Ab utroque tempore, deſinentia in η, ης & neutrum in ος: ἡ λήθη *oblivio* a poet. λήθω *lateo*, ἡ λάχη *ſors* ab a. 2. λαχεῖν *ſortitum eſſe*, συνεχὴς *continens* a συνέχω *contineo*, γένος *genus* a priſco γένω, πάθος *paſſio*, ab a. 2. παθεῖν.

d. A præterito, ut διδαχὴ *doctrina*, a δεδίδαχα verbi διδάσκω *doceo*.

c. A participiis quæ deſcendunt, ſyllaba creſcunt: οὐσία, *eſſentia*, ab ὤν, οὖσα, ὄν; ἑκούσιος *lubens*, ab ἑκὼν, ἑκοῦσα *volens*; ſic ἀκούσιος *invitus*.

2. Verbalia media deſinunt in α, η, ος, item ευς, ανον, ξ & ψ, ſervato charactere temporis aut ſimili: φθορὰ *corruptio*, πληγὴ *plaga*, τύπος *forma*, σπορεὺς *ſator*, ξόανον *ſtatua*, ab ἔξοα verbi ξέω, *ſculpo*, φλὸξ *flamma*, ῥὼξ *fiſſura* ab ἔῤῥωγα verbi ῥήσσω *findo*.

3. Verbalia paſſiva derivantur a tribus perſonis ſingularibus præteriti perfecti, & quidem.

a. A prima perſona, quæ retinent characteriſticam μ, ut: πρᾶγμα *negotium*, γράμμα *ſcriptura*.

b. A ſecunda perſona, quæ habent σ, ξ, ψ, ut: κρίσις *judicium*, πρᾶξις *actio*, λεῖψις *penuria*.

c. A tertia in quibus occurrit τ. ποιητὴς *poeta*, φθαρτὸς *corruptus*, σωτὴρ *ſervator*. Præcipue huc faciunt verbalia in τέος, τέα, τέον, quæ loco gerundiorum adhibentur: γραπτέος, γραπτέα, γραπτέον *ſcribendus, a, um*.

N. In formatione verbalium mutatur terminatio, augmentum abjicitur, in media voce α & η interdum mutantur in ε, ευ in υ; σ, χ, θ vel adduntur, vel tolluntur, ut θρέμμα *pecus* a τέθραμμαι, γένεσις *generatio* a γεγένηται; δεσμὸς *vinculum* a δέδεμαι; αὐχμὸς *ſqualor e ſiccitate* ab αὔω *ſicco*; κλαυθμὸς *fletus* a κέκλαυμαι.

III. Ab aliis quoque partibus orationis quæ deſcendant nomina, patet ex iis quæ dicentur ad Cap. XI. §. VI. & Cap. XII. §. V. N. 1. 2.

C. Compoſitio nominum fit ex duabus, tribusve, aliquando etiam pluribus vocibus: βουπλανόκτιστος *conditus omine errantis bovis*, ὁπωσδηποτοῦν *quomodocunque*.

N. Poetæ aliquando ad ciendum riſum modum excedunt.

1. Compoſitio fit ex duobus rectis, ut: Νεάπολις *Neapolis*, ναυμαχία *pugna navalis*, θεοεχθρία *inimicitia adverſus Deum*.

N. Sigma poſt αυ, ου & ο ante conſonantem abjicitur.

2. Ex nominativo & genitivo: λῃστοκτόνος *interemtor latronis*, γραμματοδιδάσκαλος *præceptor*.

N. in

N. In Declinatione non creſcente ex ου genitivi abjicitur υ; in creſcente ex ος genitivi ſigma ante conſonantem.

3. Ex conjunctione nominativi & dativi ſingularis ac dativi pluralis: χειρίσοφος *manu peritus*, ὀρείαυλος *monticola*, ὀρείτροφος, ὀρίτροφος & ὀρεσίτροφος *qui in montibus victitat.*

4. In compoſitione frequenter permutantur vocales: ἡμεροδρόμος *curſor* pro ἡμεραδρόμος.

5. Γέα ab initio poſitum mutat α in ω. Γεωμέτρης *geometra*; a fine ε mutat in ει. μελανόγειος *ex nigra tellure conſtans.*

6. Compoſitio fit etiam ex nomine & pronomine. Ἀυτόχειρ *ſui ipſius interemtor*, φίλαυτος *amans ſui.*

7. Ex nomine & Verbo: λειποτάκτης *deſertor aciei*, μιξοβάρβαρος *ſemibarbarus.*

8. Ex nomine & adverbio: ὁμόπολις *popularis*, Τηλεφανὴς *procul apparens.*

N. Præpoſitio in vocalem deſinens, eam plerumque ſervat, conſonam aut mutat, aut abjicit: μογιλάλος *difficulter loquens.*

9. Ex nomine & præpoſitione. De his infra.

N. Præpoſitio ἐπὶ ad formandos aliquot ſuperlativos adhibetur: λεπτεπίλεπτος *tenuiſſimus*, φαυλεπίφαυλότατος, *teterrimus.*

CAPUT DECIMUM

De motione Adjectivorum.

§. I.

ADjectivorum ac participiorum in movendo eadem eſt ratio.

§. II. Adjectivorum mobilium ſunt terminationes decem ας, εις, ος, ους, υς, ην, ης, ις, ων, & ως.

§. III. Quædam horum habent 3 terminationes, quædam duas tantum. Nulla ſub una terminatione omnia genera complectuntur.

N. 1. Adjectivorum participiorumque flexio per numeros & caſus plane ſequuntur declinationes ſubſtantivorum, ut ineptius

fieri nihil poſſit, quam novis tirones onerare paradigmatibus. Sic ἀγαθὸς declinationi ſecundæ, ἀγαθὴ primæ, βελτίων & βέλτιον tertiæ conformatur.

2. Dicitur ὁ & ἡ ἅρπαξ *rapax*. Pro τὸ ἅρπαξ dixeris τὸ ἁρπακτικόν. Pro τὸ μάκαρ *beatum* dicitur τὸ εὐδαιμον. Poetis dicitur ἡ μάκαιρα *beata*. Talia ſunt etiam compoſita cum χεὶρ *manus*, ῥὶν *naſus* & ἀκτὶν *radius ſolaris*.

§. IV. Motio fit ad hanc formam.

Maſc. *Fæm.* *Neutrum.*

Ας, αινα, αν, ut: Μέλας, *niger*, μέλαινα, μέλαν. Participia habent ας, ασα, αν, ut: Τύψας *verberans*, Τύψασα, Τύψαν.

Εις, εσσα, εν, ut: χαρίεις *gratioſus*, χαρίεσσα, χαρίεν. Participia habent εις, εισα, εν, ut: τυφθεὶς *verberatus*, τυφθεῖσα, τυφθέν.

Ος, η, ον. ut: Ἀγαθὸς *bonus*, ἀγαθή, ἀγαθόν. Os purum in fæminino habet α, ut ἅγιος *ſanctus*, ἁγία, ἅγιον; πονηρὸς *malus*, πονηρὰ, πονηρόν. Excipiuntur deſinentia in εος & οος, niſi ante ſe habeant ρ, ut: ἑὸς *ſuus*, ἑή, ἑόν; ὄγδοος *octavus*, ὀγδόη, ὄγδοον. At ἀργύρεος *argenteus* habet ἀργυρέα, ἀργύρεον. Sic νέος *novus* νέα, νέον.

N. 1. Compoſita & derivata in ος plerumque ſunt generis communis, ut: ὁ, ἡ πολυποίκιλος, *variegatus, a*; ὁ, ἡ κόσμιος, *ornatus, a*, τὸ κόσμιον.

2. Ἄλλος, *alius*, pronomina ἐκεῖνος, αὐτὸς *ille* & ὃς *qui* in Neutro abjiciunt ν, ut: Ἄλλος, ἄλλη, ἄλλο; ἐκεῖνος, ἐκείνη, ἐκεῖνο; ὅς, ἥ, ὅ.

ες, η, εν, ut: Ἁπλοῦς *ſimplex* ῆ, οῦν. Compoſita in ους ſunt communia, ut ὁ, ἡ δίπους *bipes*, τὸ δίπουν; ὁ, ἡ εὔνους, *benevolus*, τὸ εὔνουν. Participia habent ους, ουσα, ουν: Διδοὺς, *dans* διδοῦσα, διδοῦν.

υς, εια, υ, ut γλυκὺς *dulcis*, γλυκεῖα, γλυκύ. Compoſita ſunt communia, ut: ὁ, ἡ ἄδακρυς *ſine lacrymis*, τὸ ἄδακρυ. Participia habent υσα, υν: Δεικνὺς *oſtendens*, δεικνῦσα, δεικνῦν.

ην commune in Neutro habet εν, ut: ὁ, ἡ Τέρην *tener*, *tenera*, τέρεν. Femininum τέρεινα poetis uſitatum eſt.

ης commune habet ες; ὁ, ἡ ἀληθὴς *verus*, ἀληθὲς *verum*.

ις com-

ις commune Neutrum format in ι, ut: ὁ, ἡ φιλόπατρις *amans patriæ* τὸ φιλόπατρι.

ων commune in Neutro ον: ὁ, ἡ μείζων *major* τὸ μεῖζον. Participia habent ων, ουσα, ον, ut: Τύπτων, τύπτουσα, τύπτον. Sic ἑκὼν *voluntarius*, ἑκοῦσα, ἑκὸν; ἄκων *invitus*, ἄκουσα, ἄκον.

ως commune ων, ut: ὁ, ἡ εὔγεως *fertilis* εὔγεων. Atticum eſt. Participia ως, υια, ος: Τετυφὼς *qui verberavit*, τετυφυῖα, τετυφός. At ἑςὼς ex ἑστηκὼς *qui ſtetit*, ἑςῶσα, in gen. ἑςῶτος.

N. 1. Paucula in ωρ habent ορ, ut: ὁ, ἡ ἀπάτωρ *ſine patre*, τὸ ἄπατορ, ἀμήτωρ *ſine matre* ἄμητορ.

2. Anomala ſunt numerale εἷς *unus*, μία, ἕν; μέγας *magnus*, μεγάλη, μέγα; πολὺ. *multus*, πολλὴ, πολὺ & pronomen οὗτος *his* αὕτη, τοῦτο.

3. Μέγας in accuſativo habet μέγαν neutr. μέγα, reliquos caſus in omni genere & numero format a nominativo inuſitato μεγάλος.

4. Πολὺς in accuſativo habet πολὺν, neutrum πολὺ, reliquos caſus omnis generis & numeri format a πολλὸς poetis non inuſitato. Sic igitur flecte:

Sing.N.V.	Μέγας,	μεγάλη,	μέγα.
G.	Μεγάλου,	μεγάλης,	μεγάλου.
D.	Μεγάλῳ,	μεγάλῃ,	μεγάλῳ.
A.	Μέγαν,	μεγάλην,	μέγα.
Plur.	μεγάλοι,	μεγάλαι,	μεγάλα. &c.
Sing.N.V.	πολὺς,	πολλὴ,	πολύ.
G.	πολλοῦ,	πολλῆς,	πολλοῦ.
D.	πολλῷ,	πολλῇ,	πολλῷ.
A.	πολὺν,	πολλήν,	πολύ.
Pl.	πολλοὶ,	πολλαὶ,	πολλά, &c.

CAPUT UNDECIMUM

De Comparatione.

§. I.

COmparatio eſt vel regularis, vel irregularis.

§. II. Comparatio regularis fit in Τερος, ſuperlativus deſinit in Τατος, ut: Σοφὸς *ſapiens*, σοφώτερος, σοφώτατος.

§. III. Comparatio irregularis format comparativum in ων, ſuperlativum in ςος: Γλυκὺς *dulcis*, γλυκίων, γλύκιςος.

N. 1. Terminatio in αρ, ȣς, εις ſimpliciter aſſumit τερος & τατος: ubi jota abjicitur, ut:

Μάκαρ	*beatus*	μακάρτερος,	μακάρτατος.
Ἁπλȣ̃ς	*ſimplex*	ἁπλȣ́ςερος,	ἁπλȣ́ςατος.
Χαρίεις	*gratioſus*	χαριέςερος,	χαριέςατος.

2. Terminatio ων addit has terminationes plurali maſculino, ut: σώφρων *temperans* in plur. σώφρονες, format σωφρονέςερος, σωφρονέςατος.

3. Ας, ης, υ addunt has terminationes neutro ſingulari.

Μέλας	*niger*,	μελάντερος,	μελάντατος.
Εὐσεβὴς	*pius*,	εὐσεβέςερος,	εὐσεβέςατος.
Εὐρὺς	*latus*,	εὐρύτερος,	εὐρύτατος.

4. Ος abjicit ſuum ſigma, ut ἔνδοξος *glorioſus*, ἐνδοξότερος, ἐνδοξότατος; πρᾶος, *mitis*, πρᾳότερος, πρᾳότατος.

N. 1. Præcedente vocali longa aut dipthongo manet ο; præcedente brevi mutatur in ω: ἔνδοξος *glorioſus*, ἐνδοξότερος, ἐνδοξότατος; παλαιὸς *vetus*, παλαιότερος, παλαιότατος; σοφὸς *ſapiens*, σοφώτερος, σοφώτατος.

2. Quædam præcedente ancipite utramque habent vocalem: ἴσος *æqualis*, ἰσότερος & ἰσώτατος. Ita formantur ἱκανὸς *aptus*, ἰσχυρὸς *fortis*, φανὸς *perſpicuus*.

3. Attici in comparando utuntur inſuper tribus aliis terminationibus, veluti

a. in

a. in *αιτερος* & *αιτατος*: *ἴδιος proprius ἰδιαίτερος, ἰδιαίτατος.* Sic quoque *ἥσυχος quietus, ἴσος æqualis, μέσος medius* &c.
b. in *έςερος* & *έςατος*: *σπȢδαῖος ſtudioſus, σπȢδαιέςερος, σπȢδαιέςατος.* Sic *ἄκρατος merus, ἄφθονος invidia expers* &c.
c. in *ιςερος, ιςατος*: *λάλος loquax* communiter *λαλίςερος, λαλίςατος*: ita attice *ὀλίγος paucus, πτωχὸς pauper, ἀλαζὼν ſuperbus, ψευδὴς mendax ψευδίςατος* &c.

§. IV. Comparatio irregularis in *ων* & *ςος* fit in quibusdam terminatis in *ος* & deſinentibus in *υς*, ut: *αἰσχρὸς turpis, αἰσχίων, αἴσχιςος; ἐχθρὸς inimicus, ἐχθίων, ἔχθιςος; καλός pulcher, καλλίων, κάλλιςος; ῥάδιος facilis, ῥαΐων, ῥάϊςος* & per contractionem *ῥᾷςος; Ταχὺς celer, ταχίων, τάχιςος.*

N. Adjectiva in *υς* acutum utramque admittunt comparationem ut:

Γλυκὺς, γλυκύτερος, γλυκύτατος.
Γλυκὺς, γλυκίων, γλύκιςος. Sic quoque
Ἐχθρὸς, ἐχθρότερος, ἐχθρότατος.
Ἐχθρὸς, ἐχθίων, ἔχθιςος.
Φίλος in ſuperlativo habet φιλώτατος, φίλτατος & φίλιςος.

§. V. Datur aliud comparationis genus, quod a communi regula longius recedit, ut

Ἀγαθὸς *bonus*, { ἀμείνων, ἀγαθώτατος. | ἀρείων, ἄριςος. | βελτίων, βέλτιςος. | κρείσσων, κράτιςος. } *melior optimus.* | λωΐων & λῴων, λῷςος.

Κακὸς *malus*, { κακίων, κάκιςος | χείρων, χείριςος } *pejor, peſſimus.*

Μέγας *magnus*, μείζων, μέγιςος *major maximus.*

Μικρὸς *parvus*, { ἥττων, μείων *minor.* | μικρότερος, μικρότατος *minimus.* }

Ἐλαχὺς *parvus*, ἐλάσσων & ἐλάττων, ἐλάχιςος *minimus.*
Πολὺς *multus*, πλείων *major, copioſior*, πλεῖςος *plurimus.*

§. VI.

§. VI. Comparativa nomina aliquando non a poſitivo, ſed aliunde formantur, velut a

Comparativo καλλίων *pulcher* fit καλλιώτερον.
μείων *minor*, μειότερος.
πρότερος prior, προτεραίτερος.

Superlativo κύδιστος *illuſtriſſimus*, κυδίστατος.
ἐλάχιστος *minimus*, ἐλαχιστότερος.

Subſtantivis βασιλεὺς *rex*, βασιλεύτερος *magis regius*, βασιλεύτατος.
θεὸς *Deus*, θεώτερος *divinior*. Hom.
κλέπτης *fur*, κλεπτίστατος *furaciſſimus*.
φὼρ *fur*, φωρότατος *furaciſſimus*.
πλήκτης *percuſſor*, πληκτίστατος *promtiſſimus ad percutiendum*.
πότος *potor*, ποτίστατος *bibaciſſimus*.
κέρδος *lucrum*, κερδίων *lucroſior*, κέρδιστος.

Pronomine αὐτὸς *ipſe*, αὐτότατος *ipſiſſimus*, Comice.

Verbi βάλλω *jacio*, βέλτερος *melior*, βέλτιστος.
φέρω *fero*, φέρτερος *præſtantior*, φέρτατος, φέριστος & φέρτιστος.

Participio ἐῤῥωμένος *valens*, ἐῤῥωμενέστερος, ἐῤῥωμενέστατος.

Adverbiis ἄνω *ſupra*, ἀνώτερος *ſuperior*, ἀνώτατος.
κάτω *infra*, κατώτερος *inferior*, κατώτατος.
ἔσω *intra*, ἐσώτερος *interior*, ἐσώτατος.
ἔξω *extra*, ἐξώτερος *exterior*, ἐξώτατος.
ἐγγὺς *prope*, ἐγγύτερος, ἐγγίων *propior*, ἐγγύτατος, ἔγγιστος.
πρόσω *ante*, προσώτερος *anterior*, προσώτατος.
ὀπίσω *retro*, ὀπίστερος *poſterior*, ὀπίστατος.
πόῤῥω *longe*, ποῤῥώτερος *remotior*, ποῤῥώτατος.
πρωῒ *mane*, *mature*, πρωϊαίτερος, *maturior* πρωϊαίτατος.
ὕψι *alte*, ὕψιστος *altiſſimus*.

Præ-

Præpoſitionibus ὑπὲρ *ſuper*, ὑπέρτερος *ſuperior*, ὑπέρτατος *ſupremus*: *unde per ſyncopen* ὕπατος *conſul.*
πρὸ *ante*, πρότερος *prior*, πρότατος & hinc πρῶτος *primus.*

CAPUT DUODECIMUM

De Numeralibus.

§. I.

NUmeralia ſunt vel Cardinalia, vel Ordinalia.

§. II. Cardinalia ſunt εἷς, δύο, τρεῖς &c. quorum anomala eſt declinatio, ut:

		Unus,	*una*,	*unum*.
1. Sing.	N.	εἷς,	μία,	ἕν.
	G.	ἑνὸς,	μιᾶς,	ἑνός.
	D.	ἑνὶ,	μιᾷ,	ἑνί.
	A.	ἕνα,	μίαν,	ἕν.

N. Sic formantur ὐδεὶς & μηδεὶς *nullus*, μηδεμία, μηδέν. Gen. μηδενὸς, μηδεμιᾶς, μηδενός: unde pluralis μηδένες, ὐδένες, *nulli.*

2. Dual. N. δύο, Attice δύω, *duo.*
G.D. δυοῖν fem. δυεῖν.
Plur. G. δυῶν pro δυοῖν.
D. δυσί.

N. 1. Δύο aliquando eſt acliton in omni genere & caſu.

2. Aliquando articulum dualis & pluralis numeri recipit: Τὼ καὶ τὰ δύο; οἱ, καὶ τὰ δύο.

3. Plur. comm. N. Acc. V. Τρεῖς *tres*, τρία *tria.*
G. Τριῶν.
D. Τρισί.

N. 1. Τέσσαρες comm. Attice Τέτταρες *quatuor*, τὰ Τέτταρα ſequitur analogiam.

2. Eadem eſt declinatio compoſitorum, quæ ſimplicium: δεκατρία *tredecim*, δεκατέσσαρα *quatuordecim*.

3. A quinque ad numerum centenarium ſunt indeclinabilia: πέντε *quinque*, δέκα *decem*, ἑκατὸν *centum*: τῶν, τοῖς, ταῖς ἑκατόν. &c.

4. Ultra centenarium numerum declinantur, ut οἱ διακόσιοι, αἱ διακόσιαι, τὰ διακόσια *ducenti*, *æ*, *a*. διακοσίων *ducentorum*; χίλιοι *mille*, μύριοι *decies mille*, μυρίοι *infiniti*.

5. Cardinalia frequenter per conjunctionem componuntur, ubi minor plerumque præcedit, ut πέντε καὶ δέκα, vel πεντεκαίδεκα *quindecim*; absque conjunctione: δεκαπέντε.

§. III. Ordinalia in declinando ſequuntur regulam: Πρῶτος, η, ον *primus*, δεύτερος, έρα, ον *ſecundus*.

§. IV. Tabula numerorum cardinalium:

εἷς, μία, ἕν	1	ὀκτωκαίδεκα δυοῖν δεόντοιν εἴκοσι	18
δύο, att. δύω	2		
τρεῖς, τρία	3	δεκαεννέα ἐννεακαίδεκα ἑνὸς δέοντος εἴκοσι	19
τέσσαρες, α	4		
πέντε	5		
ἕξ	6	εἴκοσι	20
ἑπτὰ	7	εἴκοσι ἕν	21
ὀκτὼ	8	εἴκοσι δύο	22
ἐννέα	9	εἴκοσι τρία	23
δέκα	10	εἴκοσι τέσσαρες &c.	24
ἕνδεκα	11	τριάκοντα	30
δώδεκα	12	τεσσαράκοντα	40
δεκατρεῖς, δεκατρία τρισκαίδεκα	13	πεντήκοντα	50
		ἑξήκοντα	60
δεκατέσσαρες, α	14	ἑβδομήκοντα	70
δεκαπέντε	15	ὀγδοήκοντα	80
δεκαέξ ἑκκαίδεκα	16	ἐννενήκοντα	90
		ἑνὸς δέοντος ἑκατὸν	99
ἑπτακαίδεκα	17	ἑκατὸν	100

Δια-

Διακόσιοι, αι, α	200	ἑνδεκακισχίλιοι	11000
τριακόσιοι, αι, α	300	δωδεκακισχίλιοι	12000
τετρακόσιοι	400		
πεντακόσιοι	500	atque ita deinceps.	
ἑξακόσιοι	600	εἰκοσακισχίλιοι }	
ἑπτακόσιοι	700	δισμύριοι }	20000
ὀκτακόσιοι	800	δισμυριάδες }	
ἐννεακόσιοι	900	τριακοντακισχίλιοι, αι, α }	
χίλιοι, αι, α	1000	τρισμύριοι, αι, α }	30000
δισχίλιοι, αι, α	2000	τρεισμυριάδες }	
τρισχίλιοι, αι, α	3000	ἑκατοντακισχίλιοι }	100000
τετρακισχίλιοι	4000	δεκαμυριάδες }	
πεντακισχίλιοι	5000	εἰκοσακισμύριοι }	200000
ἑξακισχίλιοι	6000	εἰκοσιμυριάδες }	
ἑπτακισχίλιοι	7000	τριακοντακισμύριοι	300000
ὀκτακισχίλιοι	8000	ἑκατοντακισμύριοι	1000000
ἐννεακισχίλιοι	9000	διακοσιακισμύριοι	2000000
δεκακισχίλιοι }			
μύριοι, αι, α }	10000		
μυριὰς }			

§. V. Tabula numerorum ordinalium: (*mus.*

Πρῶτος	*primus.*	εἰκοστὸς πρῶτος,	*viceſimus pri-*
δεύτερος	*ſecundus.*	τριακοστὸς	*trigeſimus.*
τρίτος	*tertius.*	τεσσαρακοστὸς	*quadrageſimus.*
τέταρτος	*quartus.*	πεντηκοστὸς	*quinquageſimus.*
πέμπτος	*quintus.*	ἑξηκοστὸς	*ſexageſimus.*
ἕκτος	*ſextus.*	ἑβδομηκοστὸς	*ſeptuageſimus.*
ἕβδομος	*ſeptimus.*	ὀγδοηκοστὸς	*octogeſimus.*
ὄγδοος	*octavus.*	ἐννενηκοστὸς	*nonageſimus.*
ἔννατος	*nonus.*	ἑκατοστὸς	*centeſimus.*
δέκατος	*decimus.*	διακοσιοστὸς	*ducenteſimus.*
ἑνδέκατος	*undecimus.*	τριακοσιοστὸς	*trecenteſimus.*
δωδέκατος	*duodecimus.*	χιλιοστὸς	*milleſimus.*
τρισκαιδέκατος	*decimus tertius.*	δισχιλιοστὸς	*bis milleſimus, &c.*
εἰκοστὸς	*viceſimus.*	μυριοστὸς	*decies milleſimus.*

δις-

δισμυριοστὸς viciesmilleſimus. *τρισμυριοστὸς tricies milleſimus,* &c.

A numeralibus derivantur

N. 1. Subſtantiva, ut: *ἡ μονὰς unitas, δυὰς numerus binarius, τριὰς trinitas, τετρὰς quaternio, ἑκατοντὰς centuria, χιλιὰς numerus millenarius, μυριὰς numerus deciesmillenarius.*

2. Adjectiva, ut: *ἁπλοῦς ſimplex, διπλοῦς duplex, τριπλοῦς triplex,* item *διπλάσιος, τριπλάσιος, τετραπλάσιος*; illa adhibentur ad interrogativum *ποσαπλοῦς quotuplex?* his reſpondemus ad interrogativum *ποσαπλάσιος quot modis?* Sic ad interrogativum *ποσταῖος quoto die?* redditur *τριταῖος, τεταρταῖος, ὀγδοαῖος, ἐνναταῖος, δεκαταῖος tertio, quarto, octavo, nono, decimo die,* &c.

3. Adverbia: *ἅπαξ ſemel, δὶς bis, τρὶς ter, τετράκις quater, πεντάκις quinquies, δεκάκις decies, ἑκατοντάκις centies, χιλιάκις millies, μυριάκις decies millies.*

CAPUT DECIMUMTERTIUM

De Pronominibus.

§. I.

PRonomina ſunt 1. Demonſtrativum, ut ἐγὼ *ego,* σὺ *tu;* οὗτος, αὕτη, τοῦτο *hic, hæc, hoc;* ἐκεῖνος, η, ο. *ille, a, ud.* ἐγὼ & σὺ etiam perſonalia dicuntur.

2. Relativum, ut: Ὃς, ἣ, ὃ, *qui, quæ, quod:* alias articulus ſubjunctivus; αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτὸ *ille, illa, illud.*

3. Reciprocum, ut: οὗ *ſui,* ἑὸς, ἑὴ, ἑὸν *ſuus, a, um;* σφέτερος, έρα, ον *ſuus, a, um;* ἐμαυτοῦ *mei ipſius,* σεαυτοῦ *tui ipſius,* ἑαυτοῦ *ſui ipſius.*

4. Poſſeſſivum, ut: ἐμὸς, ὴ, ὸν *meus, a, um;* ἑὸς, ἑὴ, ἑὸν, item ἣ, ὃν *ſuus, a, um;* νωΐτερος, έρα, ερον *noſter,* σφωΐτερος, ἑρα, ον *veſter,* ἡμέτερος, ἑρα, ον *noſter,* σφέτερος, ἑρα, ον *ſuus, a, um.*

5. Indefinitum, ut: Τὶς, τὶ *aliquis, aliquid;* ὁ, ἡ, τὸ δεῖνα *quidam.*

6. Interrogativum, ut: Τίς *qui, quæ?* τί *quid?*

N. 1.

N. 1. Addi poſſunt gentilia ἡμεδαπὸς *noſtras*, ὑμεδαπὸς *veſtras*, ποδαπὸς *cujas?*

2. Pronomina etiam ſunt vel primitiva, ut: ἐγὼ, σὺ, οὗ, οὗτος, ἐκεῖνος, αὐτὸς, vel derivativa, ut: ἐμὸς, ὴ, ὸν ex genitivo ἐμοῦ; ὃς, ἥ, ex οὗ, &c.

3. Pronomina ſunt quoque vel ſimplicia, ἐγὼ, ἡμεῖς &c. vel compoſita ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, ἑαυτοῦ.

4. Quædam in declinando regulam ſequuntur, alia ab analogia recedunt; quod docent paradigmata ſequentia.

Singularis.

N.	ἐγὼ *ego*,	σὺ *tu*.	
G.	ἐμοῦ vel μοῦ *mei*,	σοῦ *tui*,	οὗ *ſui*.
D.	ἐμοὶ vel μοὶ *mihi*,	σοὶ *tibi*,	οἷ *ſibi*.
A.	ἐμὲ vel μὲ *me*,	σὲ *te*,	ἓ *ſe*.

Dualis.

N. Ac.	νῶϊ, νῶ *nos duo, duos*,	σφῶϊ, σφῶ *vos duo, duos*,	σφὲ *ipſi duo, duos*: interdum σφώ.
G. D.	νῶϊν, νῷν *noſtrum duorum, nobis duobus*,	σφῶϊν, σφῷν *veſtrum duorum, &c.*	σφωΐ. σφὶν, *ipſorum duorum, &c.* vel σφῶϊν, σφῷν.

Pluralis.

N.	ἡμεῖς *nos*,	ὑμεῖς *vos*,	σφεῖς *ipſi, æ, a*.
G.	ἡμῶν *noſtrum*,	ὑμῶν *veſtrum*,	σφῶν *ſui*.
D.	ἡμῖν *nobis*,	ὑμῖν *vobis*,	σφῖσι *ſibi*.
Ac.	ἡμᾶς *nos*,	ὑμᾶς *vos*,	σφᾶς *ſe*.

N. Hæc tria carent vocativo, vel ſi habeant, ſimilis eſt nominativo. ὦ οὗτος, *o vel heus tu*.

Singularis.

N.	ὃς, *qui*,	ἣ *quæ*,	ὃ *quod*.
G.	οὗ,	ἧς,	οὗ.
D.	ᾧ,	ᾗ,	ᾧ.
Ac.	ὃν,	ἣν,	ὃ.

Dualis.

N. A.	ὥ,	ἅ,	ὥ.
G. D.	οἷν,	αἷν,	οἷν.

Pluralis.

N.	οἵ,	αἵ,	ἅ.
G.	ὧν		
D.	οἷς,	αἷς,	οἷς.
A.	οὕς,	ἅς,	ἅ.

Singularis.

N. V.	οὗτος *hic*,	αὕτη *hæc*,	τοῦτο *hoc*.
G.	τούτου,	ταύτης,	τούτου.
D.	τούτῳ,	ταύτῃ,	τούτῳ.
A.	τοῦτον,	ταύτην,	τοῦτο.

Dualis.

N. A. V.	τούτω,	ταύτα,	τούτω.
G. D.	τούτοιν,	ταύταιν,	τούτοιν.

Pluralis.

N. V.	οὗτοι,	αὗται,	ταῦτα.
G.	τούτων.		
D.	τούτοις,	ταύταις,	τούτοις.
A.	τούτους,	ταύτας,	ταῦτα.

N. Sic formantur etiam ταῦτος, τοσοῦτος & compoſita, ut: τοιοῦτος *talis*, τοιαύτη, τοιοῦτο; τηλικοῦτος, *tantus*, τηλικαύτη, τηλικοῦτο.

Singularis.

G.	ἐμαυτοῦ,	ἐμαυτῆς,	ἐμαυτοῦ *mei ipſius*.
D.	ἐμαυτῷ,	ἐμαυτῇ,	ἐμαυτῷ.
A.	ἐμαυτὸν,	ἐμαυτὴν,	ἐμαυτό.

N. 1.

N. 1. Sic etiam σεαυῖȣ *tui ipſius* & ἑαυῖȣ *ſui ipſius*, contracte σαυ-τȣ, αὑτȣ.

2. Ἑαυτȣ declinatur etiam in numero plurali in & extra compoſitionem: ut G. ἑαυτῶν & σφῶν ὀυτῶν. D. ἑαυτοῖς & σφίσιν ἀυτοῖς Ac. ἑαυτȣς & σφᾶς ἀυτȣς, ἑαυτὰς, ἑαυτά.

Singularis.

N. ὁ, ἡ, τὸ δεῖνα (poetis ὁ δείς) *quidam*, Ciceroni *certus homo*.

G. τȣ, τῆς, τȣ δεῖνα, δεῖνος, δείνατος.

D. τῷ, τῇ, τῷ δεῖνα, δεῖνι, δείνατι.

Acc. τὸν, τὴν, τὸ δεῖνα.

N. 1. Quemadmodum declinetur pronomen τὶς *aliquis*, viſum eſt ad declinationem tertiam. Hoc, quando ad interrogandum adhibetur, eandem rationem ſequitur, ſed acuitur & cum duabus ſyllabis fit penacutum. Τίς *quis?* τίνος, τίνι, τίνα, pl. τίνες *qui?* &c.

2. Compoſitum Ὅςις *quicunque* utramque partem declinat juxta analogiam, ut: N. Ὅςις, ἥτις, ὅ, τι Gen. ȣτινος, ἧςτινος, ȣτινος: ſic deinceps.

CAPUT DECIMUMQUARTUM

De Verbo generatim.

§. I.

VErbum eſt vel perſonale, vel imperſonale.

§. II. Verbum perſonale, quod tribus numeris & tribus perſonis conſtat. Τύπτω, *verbero*, τίω *honoro*. Verbum imperſonale, quod tertià tantum conſtat perſona. Idque vel activæ vocis, ut Δεῖ *opus eſt*, vel paſſivæ: λέγεται *dicitur*.

§. III. Verbum quoque eſt vel primitivum, vel derivativum. Primitivum eſt quod ab alio verbo non oritur; Derivativum quod ab alio verbo ortum ſuum habet. Cujusmodi etſi multo plura dentur, ratio potiſſimum habenda ſequentium: ſunt autem vel

1. Deſiderativa in είω ex futuris derivata, ut βρωσείω *edere cupio*, a βρώσω *edam*, futuro verbi inuſitati βρώω. Sic γαμησείω *nupturio*, a γαμήσω *uxorem ducere cupio*, ὀψείω *videre cupio*, πολεμησείω *bellaturio*.

2. Poetica in είω facta a præſenti, ι metri cauſa inſerto: βείω *proficiſcor*, a βέω *progredior*, θείω *curro*, a θέω *curro*, τελείω *effectum reddo*, a τελέω *perficio*.

3. Verba in ω & ομαι de futuro in præſens tranſlata, ut:

Ἄξω *duco*, imper. ἄξε, ἀξέτω ab ἄγω *duco*.

Βήσομαι *conſcendo*, imperf. ἐβησόμην, unde compoſitum ἀπεβήσατο a βήσομαι *ibo* verbi βάω.

Δοάσσομαι *exiſtimo* a fut. verbi δοάζω *judico*.

Δύσομαι *ſubeo*, *induo* a fut δύσομαι verbi δύω.

Οἴσω *porto*, imp. οἶσε, a fut οἴσω v. οἴω *fero*.

Ὄρσω *audeo*, ὄρσομαι *excitor*, imp. ὄρσευ, a fut. æol. ὄρσομαι verbi ὄρω *excito*.

§. IV. Verbum perſonale eſt vel perfectum, vel defectivum.

§. V. Verbo perfecto præſertim accidunt tempus, modus, numerus, perſona, forma & conjugatio. Forma logice dicitur genus.

§. VI. Tempora in univerſum ſunt novem.

1. Præſens.

Præteritum	2. Imperfectum.	tempus.
	3. Perfectum.	
	4. Plusquamperfectum.	
	5. Aoriſtus primus.	χρόνος.
	6. Aoriſtus ſecundus.	
Futurum triplex	7. Primum.	
	8. Secundum.	
	9. Paullo poſt Futurum.	

Græce hoc modo vocantur 1. χρόνος ἐνεστώς, 2. παρατατικός, 3. παρακείμενος, 4. ὑπερσυντελικός, 5. ἀόριστος πρῶτος, 6. ἀόριστος δεύτερος, 7. μέλλων πρῶτος, 8. μέλλων δεύτερος, 9. μετ' ὀλίγον μέλλων.

N. I.

N. 1. Imperfectum & plusquamperfectum in ſolo indicativo occurrunt, quorum ſignificatum in reliquis modis præſens & perfectum exprimunt. Paulo poſt futurum tantum in forma paſſiva uſu venit.

2. Pauca dantur verba, quorum tempora omnia occurrant. Conſulendus eſt uſus.

3. Imperativus & conjunctivus carere dicuntur futuris. Illorum tamen exempla quædam dari probat Hallenſis, p. 80. Vervvey. L. III. C. VIII. §. 4.

4. Paulo poſt futurum a N. T. plane abeſt. Κεκράξονται apud Lucam c. 19: 40. eſt futurum medium verbi κεκράγω apud LXX. non inuſitati.

5. Tempora frequenter ſignificationem mutare & conjungere docet uſus, Hall. l. c.

6. Nonnulla tempora per periphraſin redduntur: quæ periphraſis nihil aliud eſt, quam conjunctio participii & verbi ſubſtantivi; τετυφὼς ἦν, ἦς, ἦ *verberabam*, ſive *verberans eram*.

§. VII. Modi græcorum iidem ſunt qui Latinis: illis tamen additur optativus. Conjunctivus vulgo ſubjunctivus dicitur.

N. 1. Modus ἔγκλισις dicitur: Indicativus ὁριστικὴ, Imperativus προστακτικὴ, Optativus εὐκτικὴ, Subjunctivus ὑποτακτικὴ, Infinitivus ἀπαρέμφατος.

2. Modi plerique, præter nativam ſignificationem, aliam aſſumunt.

a. Indicativus ſæpe ſenſu optandi, potentiali & conjunctivo occurrit: ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε *utinam regnaretis*, ἔγραψα ἂν *ſcripſiſſem*, οἶδα τί ποιεῖς *novi quid facias*.

b. Imperativus etiam permittit, unde permiſſivus dicitur: Τύπτε *verbera*, licet; Καθευδέτω *dormias* licet; καταβαλλέσθω *proſternatur*.

c. Optativus pro indicativo, imperativo, potentiali & conjunctivo adhibetur: εἴθε γένοιο σοφὸς *utinam ſis ſapiens*, μένοιμι ἂν *manebo*, κλύοις ἂν *audi*, γράψαιμι ἂν *ſcriberem*.

d. Conjunctivi v. ſubjunctivi ſignificatio pendet a particulis: ἐὰν, ὅπως, μὴ ποιῶ *ſi, ut, ne faciam*.

e. Infinitivus pro imperativo, modis aliis, gerundio, ſupino, nomine frequenter ſe offert: μὴ μοιχεύειν *non eſt adulterium committendum, ne committas* &c. De vera ratione harum immutationum alibi.

3. Modis accenſentur etiam participia, etſi proprie ſint nomina adjectiva: Græci illis frequentius, ac Latini ſolent, utentes ex eo dicuntur *φιλομέτοχοι participiorum amantes.*

§. VIII. Numerus eſt triplex: Singularis, Dualis & Pluralis.

1. Ἀριθμὸς ἑνικὸς, δυϊκὸς, πληθυντικός.

2. Dualis Poetis & Comicis familiaris eſt, reliquis ſcriptoribus infrequens, a N. T. omnino abeſt. Conf. C. V. §. III. 2. N. 1.

§. IX. Perſonæ tres: prima, ſecunda, tertia.

N. Πρόσωπον πρῶτον, δεύτερον, τρίτον.

§. X. Forma verborum triplex eſt: Activa, Paſſiva & media: dicitur etiam Genus. Activa, ut τύπτω *verbero*; Paſſiva, τύπτομαι *verberor*; Media, quæ terminationem partim activam, partim paſſivam aſſumit, in quibusdam etiam ſignificationem: Τύπτομαι *verberor & verbero*, Τέτυπα *verberavi.*

N. 1. Activa ſignificatu immanente utentia dicuntur οὐδέτερα neutra: ζάω *vivo*, θάλλω *germino.* Ab his diſtinguuntur verba tranſitiva, i. e. ita activa ut actio non maneat in ſubjecto, ſed tranſeat in aliud: τύπτω *verbero.*

2. Dantur etiam verba formæ paſſivæ quæ activo utuntur ſignificatu, ut latinorum deponentia: ἐργάζομαι *operor.* Quædam & active & paſſive ſignificant: διέφθορα *corrupi* & *corruptus ſum.* Quæ uſu addiſcuntur.

§. XI. Conjugatio duplex eſt: Prima verborum deſinentium in ω, ut: Τύπτω, τίω; ſecunda verborum in MI, ut: Τίθημι, ἵστημι.

N. 1. Quibus rationibus & commodis ad binarium numerum referantur conjugationes docent Wellerus ac Vervveyus, aliive: atque ex re ipſa patet.

2. Veteres grammatici numerarunt conjugationes undecim: quod eorum cauſa, qui hac doctrina ſunt imbuti, monuiſſe juvat. Eas diviſere in 4 ſimplices ſeu barytonas, 3 contractas, & 4 in μι. Has conjugationes diſtinxerunt non ex terminatione, ut commodiſſimum erat, ſed ex diverſitate characteriſticæ, ſeu indicis.

Prima

Prima cognoſcebatur ex indicibus *β*, *π*, *φ*, *πτ*, ut *τρίβω tero*, *τρέπω verto*, *τρέφω nutrio*, *τύπτω verbero*.

Secunda indices habuit *γ*, *κ*, *χ*, *κτ* & *σσ*, ut *λέγω dico*, *δήκω mordeo*, *τρέχω curro*, *πράσσω facio*, &c.

Tertiam indicant *δ*, *τ*, *θ*, *ζ*, *ττ* & *ω* purum, ut *ᾄδω cano*, *ἀνύτω perficio*, *κωλύω prohibeo*.

Quarta indice utitur liquida *λ*, *μ*, *ν*, *ρ*, ut *ψάλλω cano*, *νέμω tribuo*, &c.

Quæ dicuntur contracta primam terminant in *εω*, ſecundam in *αω*, tertiam in *όω*, ut *φιλέω amo*, *τιμάω honoro*, *δηλόω manifeſto*.

Quatuor in *μι* inter ſe differre exiſtimabant pro diverſo indice penultimæ dualis: prima habuit *ε*: *τίθετον*; altera *α* brevo: *ἵστατον*; tertia *ο*: *δίδοτον*; quarta *υ*: *ζεύγνυτον*.

§. XII. Ad rationem conjugandi pertinent potiſſimum characteriſtica, terminatio, augmentum & formatio temporum.

CAPUT DECIMUMQUINTUM

De Litera Characteriſtica, Terminatione Verborum & Augmento.

§. I.

Litera characteriſtica eſt, quæ proxime antecedit terminationem: dicitur etiam Index.

§. II. Characteriſtica præſentis eſt, quæ antecedit *ω*: ut *ε* in φιλέω, *γ* in λέγω.

N. Quando duæ conſonantes occurrunt ante *ω*, poſterioris non habetur ratio: unde verbi *τύπτω* characteriſtica dicitur *π* non *τ*, verbi *τέμνω ſeco*, index eſt *μ*, non *ν*.

§. III. Characteriſtica Futuri eſt Sigma: Τίω fut. τίσω.

N. Sigma cum præcedente conſona vertitur in duplicem, quoties id fieri poteſt: Τύπτω τύπσω, τύψω; λέγω λέγσω, λέξω.

§. IV. Characteriſtica perfecti eſt 1. Κ ex Sigma futuri: Τίω, τίσω, τέτικα.

2. χ ex ξ futuri: λέγω, λέξω, λέλεχα.

3. φ ex ψ futuri: Τύπτω, τύψω, τέτυφα.

N. Quæ tempora eandem habent Characteriſticam, ea originem habent eandem: ἔτισα, ἐτισάμην, τίσομαι, τετίσομαι deſcendunt ex futuro τίσω.

§. V. Per Terminationem intellige quicquid ſequitur literam characteriſticam.

N. Singulatim omnes terminationes recenſere non eſt animus: id qui fieri volet, conſulat Vervveyum. Poſſunt ex intuitu paradigmatis facile cognoſci. Sufficiat attingere quod ex uſu tironum eſt.

§. VI. De Terminationibus formæ activæ ſequentia ſunt tenenda.

1. Futurum primum & ſecundum ſervant terminationes præſentis.

N. Futurum 2. extra ſingularem mutat ε in ει, ε in ου ob circumflexum, quo ubique etiam extra indicativum utitur, ut ex τύπετε fit τυπεῖτε, pro τύπεσθε τυπεῖσθε, pro τύπομεν τυποῦμεν.

2. Imperfectum ſequitur auriſtus ſecundus.

3. Aoriſti primi terminationes aſſumit præteritum perfectum, ſed ν in tertia plurali mutat in σι.

4. Imperativus & optativus ſervant terminationes præſentis excepto aoriſto primo.

5. Subjunctivus ubique habet terminationes eaſdem.

6. Prima pluralis ubique deſinit in μεν, ſecunda in τε.

7. Tertia pluralis in temporibus in ω deſinentibus habet σι.

8. Ον perſonæ primæ ſervatur in ultima.

§. VII. Terminationes formæ paſſivæ & mediæ

1. Præſens & imperfectum Paſſivi & medii eaſdem habent terminationes.

2. Futura omnia habent terminationes præſentis.

N. Futurum ſecundum medium eandem admittit mutationem vocalium cum activo.

3. Subjunctivus & imperativus futura rejiciunt.

4. Imperfectum ac Aoriſtus ſecundus medius eaſdem habent terminationes.

5. Cæteri modi ſequuntur ſuum præſens.

N. Aoriſtus primus formæ mediæ in omni terminatione extra ſubjunctivum ſervat α.

6. Præ-

6. Præteritum medium & plusquamperfectum utuntur terminationibus activis.

7. Prima perſona pluralis ubique definit in μεθα, ſecunda in θε, tertia in -νται ex ſingulari ται, & -ντο ex -το.

8. Aoriſti paſſivi ſubjunctivi ſequuntur ſubjunctivum activum aſſumto circumflexo.

N. Nolim his regulis fatigari memoriam adolenſcentum. Sufficit eas recte legiſſe, & eo adoleſcentes inter recitandum, ubi opus fuerit, revocaſſe.

§. VIII. Verbis ab initio in omnibus temporibus extra præſens & futura aliquid accedit; quod augmentum vocatur.

N. Uterque Aoriſtus tantum in indicativo; perfectum plusquamperfectum & paulo poſt futurum in omnibus modis admittunt augmentum.

Exc. Verbum ἔπω *dico* retinet augmentum extra indicativum in aoriſtis: Imperat. εἶπον *dic*, opt. εἴποιμι &c.

§. IX. Augmentum eſt vel ſyllabicum, vel temporale.

§. X. Augmentum ſyllabicum præmittitur verbis incipientibus a conſonante: Τίω, ἔτιον.

N. 1. Syllabicum dicitur, quod ſyllabam conſtituit.

2. Conſonans ρ præterea geminatur: ῥίπτω *projicio*, ἔῤῥιπτον *projiciebam*. Conf. C. III. N 3. e.

§. XI. In præterito perfecto duplicatur prima conſona præſentis, ſi fuerit ſimplex, vel muta cum liquida: τύπτω τέτυφα, τίω τέτικα, κλίνω *inclino* κέκλικα: quod reduplicatio dicitur.

N. 1. Incipientia a γν & γρ aut litera duplici non reduplicantur: *notum facio*, ἐγνώριζον, ἐγνώρικα; ζέω *ferveo*, ἔζεον, ἔζεκα; σπείρω *ſemino*, ἔσπειρον, ἔσπαρκα.

Fut. 1 πέσω, a. 1. ἔπεσα, a Πέτω.

Aor. 1. ἐπέσησα, f. 2. m. πεσοῦμαι, a. 2. ἔπεσον, a Πεσέω.

Fut. 1. πλώσω, p. πέπλωκα, part. πεπλωκὼς per ſync. πεπλὼς, poet. πεπλεὼς, a Πτόω.

Πλάζω *errare facio*.

Fut. 1. πλάγξω, a. 1. p. ἐπλάγχθην, f. 2. πλαγῶ, a Πλάγγω.

Πλέω *navigo*.

Fut. 1. πλεύσω, a. 1. ἔπλευσα, f. 1. m. πλεύσομαι att. πλευσοῦμαι, a Πλεύω.

Aor. 2. Comp. ἐπέπλων, ἐξέπλων, a Πλῶμι.

Πληγνύω, πλήγνυμι, *percutio*, format tempora a πλήττω v. Πλήσσω.

Πνέω poet. πνείω *ſpiro*.

Fut. 1. πνεύσω, a Πνεύω.

Aor. 1. p. ἐπνύνθην, unde comp. ἀμπνύνθην *ſpiravi*, p. p. πέμνυμαι, a Πνύνω.

Πτάρνυμι, πτάρνυμαι *ſternuto*.

Fut. 2. πταρῶ, a. 2. ἔπταρον, a Πταίρω.

Πυνθάνομαι *percontor*, *interrogo*.

Fut. 1. m. πεύσομαι, p. p. πέπυσμαι pro πέπευσμαι, f. 2. m. πυθοῦμαι, a. 2. m. ἐπυθόμην, a Πεύθω,

Ρ.

Ῥέω *fluo.*
Fut. 1. ῥεύσω, a. 1. ἔῤῥευσα, p. ἔῤῥευκα, p. p. ἔῤῥευμαι, a Ῥεύω.
Fut. 1. ῥυήσω, f. 1. m. ῥυήσομαι, p. ἐῤῥύηκα, a. 2. p. ἐῤῥύην, a Ῥυέω.
Ῥέω *dico*, f. ῥήσω, p. ἔῤῥηκα, p. p. ἔῤῥημαι, a. 1. p. ἐῤῥέθην, ἐῤῥήθην, A ſe.
Perf. εἴρηκα, p. p. εἴρημαι, f. 3. εἰρήσομαι ab ἐρέω.
Ῥηγνύω, υμι, *rumpo.*
Fut. 1. ῥήξω, a. 1. ἔῤῥηξα, p. ἔῤῥηκα, p. p. ἔῤῥηγμαι, a. 2. ἐῤῥάγην, p. m. ἔῤῥωγα pro ἔῤῥηγα, a Ῥήσσω.
Ῥύσκομαι *traho, libero.*
Fut. 1. ῥύσω f. 1. m. ῥύσομαι, p. p. ἔῤῥυμαι, p. inf. ῥῦσθαι pro ἐῤῥύσθαι, a Ῥύω.
Ῥωννύω, υμι *roboro.*
Fut. 1. ῥώσω, a. 1. ἔῤῥωσα, p. ἔῤῥωκα, p. p. ἔῤῥωμαι, imp. ἔῤῥωσο *vale*, a. 1. ἐῤῥώσθην, a Ῥόω, vel Ῥώω.

Σ.

Σβεννύω, *extinguo.*
Fut. 1. σβέσω, σβήσω, p. ἔσβεκα, ἔσβηκα, aſſumit etiam ſignificationem paſſivam, a Σβέω.
Aor. 2. ἔσβην, inf. σβῆναι, a Σβῆμι.
Σεύω *moveo*, Aor. 1. ἔσευσα, ἔσσυα, a. 1. m. ἐσευάμην A ſe.
Perf. p. σέσυμαι, poet. ἔσσυμαι, a. 1. ἐσύθην, a. 2. ἔσυον & ἔσσυον, a Σύω.
Fut. 1. σείσω, a Σείω.
Σκεδαννύω, υμι, σκίδνημι *diſſipo*, præſ. p. σκίδναμαι, imp. ἐσκιδνάμην, A ſe.
Fut. 1. σκεδάσω, p. p. ἐσκέδασμαι, a Σκεδάω.

Σκλάω *arefacio*, p. ἔσκληκα, Jon. ἔσκληα,
part. ἐσκληὼς, A ſe.
Aor. 2. ἔσκλην, opt. σκλαίην, inf. σκλῆναι a Σκλῆμι.
Σπένδω *libo*, p. m. ἔσπονδα, A ſe.
Fut. 1. σπείσω, a. 1. ἔσπεισα, p. p. ἔσπεισμαι, a Σπείδω.
Στερίσκω *privo*.
Fut. 1. στερέσω, στερήσω, p. p. ἐστέρημαι, a Στερέω.
Στρονύω, υμι *ſterno*.
Fut. 1. στορέσω, a. 1. ἐστόρεσα, a. 1. p. ἐστορέσθην, a Στορέω.
Στρωννύω, υμι *ſterno*.
Fut. 1. στρώσω, a. 1. ἔστρωσα, p. p. ἔστρωμαι, a Στρόω.

T.

Ταννύω *tendo*.
Fut. 1. τενῶ, a. 1. ἔτεινα, a Τείνω.
Fut. 1. τάσω, a. 1. ἔτασα, p. τέτακα, p. p. τέταμαι, a. 1. p. ἐτάθην, a. 2. ἔταγον, ἐτέταγον
part. τεταγὼν poet. a Τάζω.
Τελίσκω *finio*.
Fut. 1. τελέσω, a Τελέω.
Τέμνω *ſeco*, f. 1. τεμῶ, 2. ταμῶ, a. 2. ἔταμον, ἔτεμον, p. m. τέτομα A ſe.
Fut. 1. τμήξω, a. 2. ἔτμαγον, a. 2. p. ἐτμάγην, a Τμήγω.
Fut. 1. τμήσω, p. τέτμηκα, p. p. τέτμημαι, a Τμάω.
Τεύχω *fabricor*, p. p. τέτευγμαι, A ſe.
Perf. p. τέτυγμαι, a. 1. p. ἐτύχθην, a. 2. m. ἐτυχόμην, a verbo raro Τύχω.
Τίκτω *pario*.
Fut. 1. τέξω, a. 1. m. ἐτέχθην, a. 2. ἔτεκον, p. m. τέτοκα, a Τέκω.
Τίνω, τιννύω, υμι, *luo, pœnas do*.
Fut. 1. τίσω, a. 1. ἔτισα, p. τέτικα, a Τίω.

Τιταίνω

Τιταίνω *tendo, extendo.*
Perf. τέτακα, p. p. τέταμαι, plusq. p. ἐτετάμην, a Τάω, v. Τάζω.

Τιτράω τίτρημι *perforo.*
Fut. 1. τρήσω, a. 1. ἔτρησα, p. τέτρημαι, a Τράω.
Aor. 1. ἐτίτρανα, ἐτίτρηνα, a. 1. p. ἐτιτράνθην, a Τιτραίνω.

Τιτρώσκω *vulnero.*
Fut. 1. τρώσω, a. 1. ἔτρωσα, p. τέτρωκα, a Τρόω.

Τλῆμι, τέτλημι *tolero.* Præſ. imp. τέτλαθι, att. τέτλα, inf. τετλάναι & τλάναι, a. 2. ἔτλην, A ſe.
Fut. 1. τλήσω, p. τέτληκα, Jon. τέτλαα, part. τετληκὼς & τετλαὼς, a Τλάω.

Τρέχω *curro*, f. 1. θρέξω, f. 1. m. θρέξομαι, a. 1. m. ἐθρεξάμην A ſe.
Aor. 2. ἔδραμον, f. 2. m. δραμοῦμαι, p. m. δέδρομα, a Δρέμω.
Perf. a. δεδράμηκα, a Δραμέω.

Τυγχάνω *ſum, adipiſcor.*
Fut. 1. m. τεύξομαι, p. τέτευχα, f. 2. τυχῶ, a. 2. ἔτυχον, a Τεύχω.
Fut. 1. τυχήσω, p. τετύχηκα, a Τυχέω.

Υ.

Ὑπισχνέομαι, ὑπίσχομαι jon. & poet. *polliceor.*
Fut. 1. m. ὑποσχήσομαι, p. p. ὑπέσχημαι, a. 2. m. ὑπεσχόμην, ab Ὑποσχέομαι.

Φ.

Φάσκω *dico*, imp. ἔφασκον, A ſe.
Fut. 1. φήσω, a Φάω.
Aor. 2. ἔφην, a Φημί.

Φέρω

Φέρω *fero.*
Fut. 1. οἴσω, f. 1. m. οἴσομαι, f. 1. p. οἰσθήσομαι, ab Οἴω.
Fut. 1. φορέσω & φορήσω, a Φορέω.
Imperf. ἔφερον, f. 1. φερήσω, a. 1. ἐφέρησα, a Φερέω.
Aor. 1. ἤνεγκα, a. 1. inf. ἐνέγκαι, a. 2. ἤνεγκον, ab Ἐνέγκω.
Perf. paſſ. ἤνεγμαι, att. ἐνήνεγμαι, a. 1. p. ἠνέχθην, p. m. ἤνοχα, att. ἐνήνοχα, ab Ἐνέχω.
Aor. 1. ἔνεικα, ἤνεικα, ab Ἐνείκω.
Aor. 2. imp. φρὲς, ſic εἴσφρες, ἔκφρες, a Φρῆμι.

Φθάνω *prævenio.*
Fut. 1. φθάσω, a. 1. ἔφθασα, p. ἔφθακα, a Φθάω.
Aor. 2. ἔφθην, imp. φθῆτι, opt. φθαίην &c. a Φθῆμι.

Φθίνω *tabeſco.*
Fut. 1. φθίσω, p. p. ἔφθιμαι, inf. φθίσθαι, item φθέσθαι & φθεῖσθαι, a Φθίω.

Φραγνύω, υμι & φάργνυμι *ſepio.*
Fut. 1. φράξω, p. πέφραχα, p. p. πέφραγμαι, a Φράσσω.

Φύω *gigno*, f. 1. φύσω, a. 1. ἔφυσα, p. πέφυκα, A ſe.
Aor. 2. ἔφυν, inf. φῦναι, part. φὺς, a Φῦμι.

X.

Χαίρω *gaudeo*, f. 1. χαρῶ, p. κέχαρκα, p. p. κέχαρμαι, a. 2. ἐχάρην, m. ἐχαρόμην, poet. κεχαρόμην, A ſe.
Fut. 1. χαρήσω, χαιρήσω, f. 1. m. χαρήσομαι, & χαιρήσομαι, p. κεχάρηκα, poet. κεχάρηα, p. p. κεχάρημαι, a Χαρέω & Χαιρέω.

Χαίνω, *hio*, *dehiſco*, f. 1. χανῶ, f. 1. m. χανοῦμαι, a. 2. ἔχανον, p. m. κέχηνα & κέχηνα, A ſe.
Imperf. ἔχασκον, a Χάσκω.

Χέω

Χέω *fundo*, Imp. comp. ἐξεχεῖτο, a. 1. p. inf. χεθῆναι, part. χεθεὶς, A ſe.
Fut. 1. χεύσω, a. 1. ἔχευσα, ἔχευα, ἔχεα, a. 1. imp. χέον, a Χεύω.
Fut. 1. Χύσω, a. 1. ἔχυσα, p. κέχυκα, p. p. κέχυμαι, a Χύω.

Χρωννύω, υμι, *coloro*.
Fut. 1. χρώσω, a. 1. ἔχρωσα, p. κέχρωκα, p. p. κέχρωμαι, a. 1. p. ἐχρώθην, a Χρόω, v. Χρώω.

Χωννύω, υμι, *aggerem duco*, imp. ἐχώννυον,
Fut. 1. χώσω, f. 1. p. χωθήσομαι, p. p. κέχωσμαι, a. 1. ἐχώθην, a Χόω.

Ω.

Ὠδίνω *doleo a partu, parturio*, imperf. ὤδινον, A ſe.
Perf. ὤδικα, ab Ὠδίω.
Ὠθέω *pello*, f. 1. ὠθήσω, a. 1. part. ὠθήσας, A ſe.
Fut. 1. ὤσω, a. 1. ὦσα, att. ἔωσα, p. p. ὦσμαι, att. ἔωσμαι, a. 1. ὤσθην, att. ἐώσθην ab Ὤθω.

* * * * * * * * *

* * * * * * * * *

* * * * * * * * *

* * *

CAPUT

CAPUT DECIMUM NONUM
De Particulis.

§. I.

PArticulæ ſunt triplicis generis. Adverbia, Præpoſitio & Conjunctio. Interjectiones a Græcis adverbiorum ordini aggregantur. Conf. C. V. §. 1.

A. *De Adverbiis.*

§. II. Adverbia ex diverſa ſignificatione in diverſa genera Latinorum more diſtinguuntur. Sunt enim Adverbia

1. Adfirmandi.

δηλαδὴ, πάνυ *profecto, omnino.*
ὄντως *vere.*
πάντως, δήπου *omnino, utique.*
ἀληθῶς *vere.*
ἦ μὴν *certo.*
κομιδῆ *prorſus.*

2. Comparandi.

ἢ *ac, quam*
πλέον *plus.*
μᾶλλον *magis.*
μάλιστα *maxime.*

3. Congregandi, ſeparandi.

ἅμα, ὁμοῦ *ſimul.*
συλλήβδην *in ſumma.*
πανοικὶ *cum tota domo.*
πανστρατὶ *cum toto exercitu.*
ἄνευ, ἄτερ *absque.*
χωρὶς *ſeorſim.*
δίχα, διχῆ, ἄνδιχα, διάνδιχα *ſeparatim, ſine.*

4. Declarandi.

ἤγουν, δηλαδὴ, οἱονεὶ *nempe, tanquam.*

5. Demon-

5. Demonſtrandi.

ἰδοὺ, ἠνίδε *ecce.* ὧδε, ἐνθάδε *hic.*
ἠνὶ, *ecce.* ἐκεῖ *ibi.*

6. Dubitandi.

ἴσως *forte.* τάχα, τυχὸν *forte.*

7. Excipiendi.

πλὴν *præter.* πλὴν ἢ *præterquam.*

8. Hortandi:

εἶα *eja.* εὖγε, *euge, macte.*
ἄγε, φέρε *age.* ἄγετε, φέρετε *agite.*
δεῦρο *age, huc adſis.* δεῦτε *huc agite, venite.*

9. Intendendi, Remittendi.

λίαν, ἄγαν, σφόδρα *valde.* μόγις, μόλις, *vix.*
πάνυ *omnino.* ὡς, ὡσεὶ *ferme.*

10. Interrogandi.

πόθεν *unde?* μῶν, ἆρα, ἢ *num?*
πῶς *quomodo?* ποῦ *ubi?*
πῆ *quo? qua?* ποῖ *quo?*
πότε, πηνίκα *quando?* οὐχὶ *nonne?*

11. Jurandi.

ναὶ *næ, etiam, ita.* οὐ μὰ *nequaquam.*
ναὶ μὰ *ita per* ſc. Jovem. νὴ, *ita, vere.*

N. Græci frequenter: ναὶ μὰ Δία *ſic per Jovem,* οὐ μὰ Δία *non per Jovem;* νὴ τοὺς θεοὺς *per Deos* ſc. ὄμνυμι *juro, ita me Dii ament.*

12. Loci

12. Loci & quidem

a. In loco.

ἔνθα. / ἐνταῦθα / ὧδε } *hic.*	πόῤῥω *procul.*
	ἄνω *ſupra, ſurſum.*
	κάτω *infra, deorſum.*
ἐκεῖ *ibi.*	ἔσω *intra, intro.*
χαμαὶ, *humi.*	ἔξω *extra, foras.*

N. Ἄνω, κάτω, εἴσω, ἔσω, ἔξω, item πέραν ἐπέκεινα *trans*, etiam motum ad locum ſignificant.

Huc faciunt quæ aſſumunt terminationes θι, χȣ & χη.

ȣ̓ρανόθι *in cœlo.*	πολλαχοῦ *multis in locis.*
ἀγρόθι *ruri.*	πανταχῆ *ubique.*

N. Quæ vulgo huc referuntur Μαραθῶνι, καρχηδῶνι, λακεδαίμονι, πυθοῖ, περαιοῖ, item Θήβησι, Ἀθήνησι tanquam utbium nomina adverbialiter poſita, proprie ſunt Dativi vel communes, vel Jonici ac poetici per ellipſin interpretandi, ut πυθοῖ *Delphis* pro ἐν πυθοῖ a nom. πυθὼ, ἐν πειραιοῖ *in Pyræo* a nom. πειραιὼ pro πειραιῶ.

b. Ad locum deſinentia in

δε, σε, ζε.

ὧδε *huc.*	ȣ̓ρανόνδε / ȣ̓ρανόσε } *in cœlum.*
πόσε *quo?*	
ἐκεῖσε *illuc.*	ἀγρόνδε / ἀγρόσε } *rus.*
ἄλλοσε *aliorſum.*	
οἴκαδε / οἶκονδε poet. } *domum.*	Ἀθήναζε pro Ἀθήνασδε *Athenas.*

c. De

c. De loco deſinentia in θε & θεν.

οὐρανόθεν *cœlitus.*
Ἀθήνηθεν *Athenis.*
ἔνθεν, ἐντεῦθεν } *hinc.*
ἐκεῖθεν *inde.*
ἄνωθεν *ſuperne.*
ἔξωθεν *extrinſecus.*

πάντοθεν, πανταχόθεν } *undique.*
πόῤῥωθεν *procul.*
πόθεν *unde?*
ὅθεν, ὁπόθεν } *unde*, indefinite.

d. Per locum.

ταύτῃ, τῇδε } *hac.*
ἐκείνῃ *illac.*

πῇ *qua?*
ᾗ, ὅπῃ } *qua*, indefinite.

13. Negandi.

οὐ, οὐκ, οὐχ *non.*
οὔτε, μήτε *neque.*

μὴ *non*, *ne.*
ἥκιστα *minime.*

N. 1. οὐ ſcribitur ante conſonam, οὐκ ante vocalem, οὐχ ante vocalem aſpiratam.

2. Græci negationem repetentes vehementius negant. Hebr. 13 : 5. οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλίπω *non te, non deſeram, nequaquam minime te derelinquam;* Luc. 23 : 53. οὗ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος *ubi nullus unquam poſitus fuerat.* Aliter ſe res habet quando duæ negandi particulæ diverſis vocibus junguntur. conf. Act. 4 : 20.

14. Numeri.

ἅπαξ *ſemel.*
δὶς, τρὶς, τετράκις *bis, ter, quater.*
πολλαχῆ *multis modis.*
ποσαχῶς *quot modis?*

μοναχῶς *ſimpliciter.*
πολλάκις *ſæpe.*
ποσαχῆ *quotuplici modo?*
διχῆ, τριχῆ *duplici, triplici modo.*

15. Optandi.

εἶθε poet. αἴθε, εἰ, ὄφελον *utinam.*

16. Ordinis.

πρῶτον, δεύτερον *primo, ſecundo.* ὕστερον, ἔσχατον *poſtea, poſtremo.*
εἶτα, ἔπειτα *poſtea.* ἑξῆς, ἐφεξῆς *deinde.*

17. Prohibendi.

μὴ *ne, non.* μηδαμῶς, οὐδαμῶς *nequaquam.*

18. Qualitatis.

εὖ *bene.*
καλῶς *bene, pulchre.*
ὀρθῶς *recte.*
κακῶς *male.*
σοφῶς *ſapienter.*
ἀθεεὶ *impie.*
ὀδὰξ *mordaciter.*
ἑλληνιστὶ *græce.*
ῥωμαϊστὶ *latine.*
πὺξ καὶ λὰξ *vehementer, manibus pedibusque.*

19. Similitudinis.

ὡς *ut*, ὣς *ita.*
καθὼς *ſicut.*
ὥσπερ, καθάπερ *ſicut.*
οὕτως poet. τὼς *ſic.*

20. Temporis.

νῦν	*nunc.*	ἀκαίρως	*intempeſtive.*
ὅτε	*quum.*	εὐκαίρως	*opportune.*
τότε	*tunc.*	σήμερον	*hodie.*
ποτὲ	*unquam.*	αὔριον	*cras.*
ἤδη	*jam.*	χθὲς	*heri.*

πάλαι

πάλαι *olim.* πρόχθες *nudius tertius.*
ὄυπω *nondum.* ἀεὶ poet. αἰεὶ, αἰὲν *perpetuo.*
νεωςὶ *nuper.* ὀυδέπω *nunquam.*

§. III. Huc faciunt etiam Interjectiones, quæ non ſunt voces veræ, ſed inarticulatæ, ſive ſoni naturales, quibus natura certum animi affectum prodit. Cujuſmodi ſunt.

Admirandi: ὢ o, φεῦ *heu*, βαβαὶ παπαιὰξ *papæ*, ἆ, ἔα *vah*, *hem.*
Abominandi: ἄπαγε *apage*, ὢ ὢ o o, ἰὼ, ἰὼ *hei*, *heu.*
Approbandi: εὖγε *euge*, *recte*, *ſane.*
Comminandi: ὀυαὶ *væ.*
Dolendi: οἴμοι, φεῦ, ἰὼ, ὤ, ἐὰ ἐὰ, *hei*, *hei mihi*, *ah*, *vah.*
Exclamandi: ἆ, ἆ, ἰὼ, ὠπόποι, *a*, *a*, *hei!*
Indignationis: φεῦ *heu!*
Lætitiæ: ἐυοῖ, ἐυὰν, vox mulierum bachantium, ἰὼ vel ἰὼ heu!
Ridendi: ἆ, ἆ, ἆ, *a*, *a*, *a.*
Terroris: ἆ, ἆ, ἐὰ, ἐὰ *ah*, *vah.*
Vocandi: ὢ o, *eho.*

§. IV. Adverbiorum & interjectionum ordini inſeruntur aliæ orationis partes, verba, nomina, pronomina, quæ eodem fine a græcis adhibentur, ac adverbiorum naturam aſſumſiſſe videntur, unde adverbia reperta vocari ſolent. Verus illorum uſus ab ellipſi pendet, cujus arcanum egregie reſeravit vir Cl. Lamb. Bos. Hujuſmodi ſunt ex

1. Nominibus ſubſtantivis, ut:

ἑσπέρας *veſperi:* πρὸς ὥραν, vel χρόνῳ ἑσπέρας.
ἑξῆς, *deinceps:* κατὰ ἑξῆς unde ἐφεξῆς *deinceps*, *ordine.*

δημοσίᾳ *publice*: ἐν δημοσίᾳ χώρᾳ.
παῤῥησίᾳ *libere*: ἐν παῤῥησίᾳ.
κομιδῇ *ſummatim*: ἐν, σὺν κομιδῇ.
πυγμῇ *ſedulo*: ἐν πυγμῇ.
ἀρχὴν, τὴν ἀρχὴν *primum*: κατὰ τὴν ἀρχήν.

2. Ex pronomine.
ᾗ poet. ᾗχι *qua?* ſc. ὁδῷ.
ὗ *ubi*; ἐφ' ὗ τόπυ.
ὧδε *hic*, *huc* ſc. ἐφ' ὧδε τόπῳ.
αὐτῦ *ibi*, *iſthic*; ἐπ' αὐτῦ τόπυ.

3. Ex adjectivo.
τὴν πρώτην *primum*: κατὰ τὴν πρώτην ἀρχήν.
τὴν ταχίστην *celeriter*: κατὰ τ. τ. ὁδόν.
μικρῦ δεῖν *parum abeſſe*: ὥστε ἀπὸ μικρῦ πράγματος δεῖν *ut parum* (*a parvo negotio abeſſet.*)
ὀλίγυ *idem*: eandem habet rationem.
ὀλίγυ, πολλῦ, ποσῦ *multo*, ſc. τιμήματος, *parvo*, *quanto pretio* πωλεῖσθαι, ὠνεῖσθαι.

N. 1. Huc faciunt præcipue adjectiva neutra utriusque numeri, quæ pro adverbiis ubique adhibentur: πρῶτον *primum*, δεύτερον, *ſecundo*; τὰ πρῶτα *primum* &c. ſubintellige μέρος, μέρη *partes*; τὸ ἀνθρώπινον ſc. γένος *homines*, *humanum genus.*

2. Comparativi, qui adverbiis tribuuntur, ut ἐγγυτέρω *propius*, ἀνωτέρω, ἀνωτάτω *ſuperius*, *ſupreme*, περαιτέρω, περαιτάτω *ulterius* &c. nihil aliud ſunt, quam Dativi comparativorum ab adverbiis derivatorum. Conf. C. XI. §. VI.

4. Ex verbo.
Ἄγε, ἄγετε *age*, *agite* ſunt imperativus verbi ἄγω; ἄπαγε *abi*.
φέρε, ἴθι *age*, *macte*, a φέρω *fero*, εἶμι *eo*, ἰδὺ *ecce*, a. 2. med. imp. qui extra uſum adverbii circumflexo notatur: ἰδῦ *vide*.

δεῦτε

δεῦτε *venite*, itidem imp. verbi δεύω.

ὄφελον *utinam: deberem*: αἴθ' ὄφελον *utinam ego, debuiſſem ego*, ὡς ὄφελες *utinam tu, quam debuiſſes* ſc. *dicere, facere!*

N. Adverbia in ως deſinentia a genitivo plurali; in ον terminata a nominativo oriuntur: σοφῶς *ſapienter* a σοφῶν, ὁμοθυμαδὸν *uno animo* ab ὁμόθυμος.

§. 5. Quædam adverbia dicuntur relativa, quia non abſolute, ſed mutuo reſpectu adhibentur, ac ſe in oratione ſequuntur. Sunt autem hæc adverbia

a. Similitudinis: οὕτως & ὡς, ὡς & οὕτω, ὥσπερ & οὕτω, καθάπερ & οὕτω, ὡς & ὡσαύτως, ὁμοίως & ὥσπερ; παραπλήσιον & ὥσπερ, ὥσπερ & ὡσαύτως, ὡσεὶ & οὕτω, &c.

b. Loci: ὅπου & ἐκεῖ, vel ἐνταῦθα &c.

c. Temporis: Τότε & ὅτε, τότε & ὅταν, τότε & ἡνίκα, ἐπειδὰν & τηνικαῦτα & ὁπηνίκα &c.

N. In uſu horum adverbiorum aliquando alterum ſupprimitur:

a. Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς pro οὕτω κ. ε. τ. γ. Matth. 6:10. Idem fit in conſtructione comparativorum, ubi particulæ τόσῳ, τοσούτῳ aut ſimiles omittuntur: Ὁ ἀνδρεῖος ὅσῳ ἂν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν ἔχῃ πᾶσαν, ἧττον ἐπὶ τῷ θανάτῳ λυπήσεται *Vir fortis quo magis omni virtute inſtructus eſt, eo fortius mortem perferet*, pro τοσούτῳ ἧττον &c.

b. ἔνθα ἡ ἀγάπη, πολλὴ ἡ ἀσφάλεια pro ἐκεῖ, vel ἐνταῦθα π. η. α. *ubi charitas, ibi multa ſecuritas*. Chryſ.

c. Ὅτε ἐκτενεῖς τὰς χεῖρας τοῦ νοός σου εἰς οὐρανόν, - - κατώτερός σου γίνεται ὁ Σατανᾶς, pro τότε κατώτερός σου &c. *quando extendis manus mentis tuæ in cœlum*, tunc *inferior te fiet Satanas*.

Plura exempla ſi vis, conſule Suiz. Synt. p. 113.

B. *De Præpoſitionibus.*

§. V. Præpoſitiones ſunt vel ſeparatæ, octodecim, vel inſeparabiles decem.

§ VI. Separatæ dicuntur quæ ſeorſim ab aliis vocibus ſubſiſtunt, ſuntque vel monoſyllabæ, ſex: εἰς, ἐν, ἐκ vel ἐξ, πρὸ, πρὸς, σὺν: vel diſſyllabæ duodecim: ἀνὰ, διὰ, κατὰ, μετὰ, παρὰ, ἀντὶ, ἀμφὶ, ἐπὶ, περὶ, ἀπὸ, ὑπὸ, ὑπὲρ.

N. 1. Ἐκ ſcribitur ſequente conſona, ἐξ ante vocalem.

2. L. Bos numero præpoſitionum addit voculam ἕνεκα vel ἕνεκεν ob perpetuum regimen genitivi, quod ipſi genuinum eſſe videtur, ſive ſit expreſſum, ſive per ellipſin ſubintelligendum.

3. εἰς *in* ſc. locum, finem cum accuſativo, ἐν *in* ſc. loco, ſtatu &c. cum dativo conjungitur. Frequenter tamen εἰς ponitur pro ἐν. Joh. 1 : 18. ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς qui eſt *in ſinu* Patris.

4. Aliquando præpoſitiones nominibus ſuis poſtponuntur, ubi retrahitur accentus. Τούτων πέρι ἐρωτᾷς; *De hiſce* quæris? Conf C. IV. §. IV. ζ.

5. Quædam præpoſitiones cum verbo εἰμὶ compoſitæ retracto accentu dicuntur loco verborum adhiberi, tanquam ex illis ſint derivatæ, ut ἔνι pro ἔνεστι, vel ἔνειστι, μέτα pro μέτεστι, πάρα pro πάρεστι, veluti in illo Homeri verſu, Odyſſ. 1. v. 125. 126.

Ου γὰρ Κυκλώπεσσι νέες πάρα μιλτοπάρῃοι,
ουδ᾽ ἄνδρες νηῶν ἔνι τέκτονες.
Nec enim Cyclopibus naves erant minio pictæ.
Nec Viri navium ſunt fabri.

Ubi ἔνι quidem ex ἔνειστι contractum eſſe poteſt, πάρα vero potius ipſa præpoſitio παρὰ, ob quam opinionem grammatici accentum mutant, ubi verbum ἐστὶ ſubintelligitur; ſic πάρα pro πάρειμι ſive παρά εἰμι.

6. Præ-

6. Præpoſitio novum vocibus junctis addit ſignificatum: λαμβάνω *accipio*, ἀντιλαμβάνω *ſuſtineo.* Haud raro ſignificationem ſimplicis retinet, ac copiæ cauſa adhibetur, ut πηρὸς & ἀνάπηρος *mancus.*

7. Præpoſitiones ſex ſignificatum minuunt & augent, ἀντὶ, ἀπὸ, διὰ, κατὰ, πρὸς, παρὰ, ut

ἀντὶ { ἀντάξιος *contra dignus*, ἀντινομία *iniquitas.* } κατὰ { κατεσθίω *devoro.* καταφρονέω *contemno.* }
ἀπὸ { ἀποτείνω, *extendo.* ἀπομανθάνω *dediſco.* } παρὰ { παρεκβάλλω *longe projicio.* παρανομία *legis transgreſſio.* }
διὰ { διαβρέχω *perfundo.* διαβάλλω *trajicio.* } πρὸς { προσπάσχω *valde patior.* προσάπτομαι *leviter tango.* }

8. Præpoſitio ὑπὸ ſolum minuit: ὑποδείδω *ſubvereor.*

9. Præpoſitiones quinque ſenſum tantum augent.

Ἐις: εἰσακούω *exaudio.* περὶ: περίλυπος *pertriſtis.*

ἐκ: ἐξίσαμαι *ſtupeo.* σὺν: συνεκτελῶ *perficio.*

ὑπὲρ: ὑπερμαίνομαι *vehementer inſanio.*

10. Præpoſitio μετὰ mutationem deſignat: μεταβουλεύειν *mutare conſilium*, μετανοεῖν *reſipiſcere.*

11. Aliquando duæ treſve præpoſitiones junguntur ad ſenſum intendendum, ut:

ἵστημι *ſiſto*, ἀνίστημι *excito*, ἐπανίστημι *excito contra aliquem.* λαμβάνω *capio*, καταλαμβάνω *comprehendo*, προκαταλαμβάνω *intercipio*, ἀντιπροκαταλαμβάνω *præoccupo.*

§. VII. Præpoſitiones inſeparabiles ſunt, quæ nunquam ſolæ, ſed tantum in conjunctione cum aliis orationis partibus occurrunt. Sunt autem numero duodenæ: ἀρι, ἐρι, βου, βρι, δα, ζα, λα, λι, νε, νη, δυς, ἀ.

N. 1. Octo priores ſignificationem augent: βούλιμος *fames acrior*, ἀρίδηλος & ἐρίδηλος *vehementer manifeſtus*, βριήπυος *vehementer clamans*, δάφοινος *valde cruentus*, ζάθεος *prædivinus*, λαχάνη *patina magna*, λιπόνηρος *valde malus.*

2. Ἀρι, ab ἄρω *ſum aptus*, ἐρι ab ἐράω *amo*, v. περὶ *ſuper*, βȣ a βȣ̃ς *bos*, qui magnus, βρι a βριαρὸς *robuſtus*, δα ex δασὺς *denſus*, ζα a ζέω *ferveo*, λα a λάω *volo*, λι a λίαν *valde*.

3. νε & νη ſignificationem imminuunt: νέπȣς *parvos aut nullos habens pedes*, νήπιος *infans*.

4. δυς rapit in pejorem partem: δυστυχέω *mala utor fortuna*, δυσώδης *male olens*.

5. α est 1. Privativum στερητικὸν ex ἄτερ *ſine*: ἀόρατος *qui videri non poteſt*.
   2. Intenſivum ἐπιτατικὸν ex ἄγαν *valde*: ἀτενὴς *intentus*, ἄξυλος *plenus ligni*.
   3. Collectivum ἀθροϊστικὸν ex ἅμα *ſimul*: ἀδελφὸς *frater*, eodem natus utero: δελφὺς, *uterus*.
   4. Pleonaſticum ſive otioſum: ἄσταχυς idem quod σταχὺς *ſpica*.

§. VIII. Sequitur præpoſitionum compoſitio. Nonnulla ad hanc doctrinam facientia continentur C. IX. C. Quibus accedunt ſequentia:

1. Ultima vocalis præpoſitionis tollitur ſequente alia vocali: ὑπακȣ́ω *obedio* ex ὑπὸ & ἀκȣ́ω.

Exc. πρὸ & περὶ: προέβαλλον, πρȣ̃βαλλον *projiciebam*, a προβάλλω; περιέχω *complector*. Ἀμφὶ modo retinet, modo abjicit: ἀμφιέννυμι *veſtio*, ἀμφαριστερὸς *utraque manu lævus*.

2. Ἀνὰ, κατὰ, παρὰ ſuum α ante conſonam nominis & verbi in verſu rejiciunt: ἀντανύω *in altum traho*, pro ἀνατανύω, ἀνδόνακας *per arundines*, *pro* ἀνὰ δόνακας, κάτθανε *mortuus eſt* pro κατάθανε vel κατέθανε. Conf. C. III. §. 1. 3.

3. Poetæ præpoſitiones a verbis frequenter *avellunt*. Hom. Il. α. v. 20.

κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε, pro κρατερὸν δὲ μῦθον ἐπέτελλε *minacem ſermonem addidit*.

4. α ante vocalem plerumque aſſumit v. C. III. §. 1. 3. N. 3.

Aliquan-

Aliquando præterea abjicitur: νώνυμος pro ἀνώνυμος *qui nomine caret.*

5. πρὸ ante ο, aut ε facit craſin atticam: πρῦπτος *manifeſtus*, pro πρόοπτος, πρὔβαλλον *projiciebam*, pro προέβαλλον. Conf. C. IV. §. XV. n. 6. præterea ante primam aſpiratam mutat, π in φ: φρῦδος *qui diſparuit* quaſi πρόοδος ex πρὸ & ὁδῦ.

6. Nonnunquam præpoſitio per compoſitionem cum nominibus aſſumit naturam adverbii, poſt habita ratione caſus & accentus: ἐπίπαν *omnino* ex ἐπὶ πᾶν, ἐκποδὼν *eminus*, pro ἐκ ποδῶν, ἐμποδὼν *in via.* Conf. §. IV.

C. *De Conjunctionibus.*

§. IX. Conjunctiones ſunt

1. Copulativæ: καὶ, τὲ &, *que*, poet. ἠδὲ, ἰδέ.
2. Continuativæ: ἀλλὰ, ἀτὰρ, αὐτὰρ, δὲ *ſed*; ἐπεὶ, ἐπειδὴ, ἐπείπερ, ἐπειδήπερ, *poſtquam*, *quandoquidem*, *quoniam.*
3. Disjunctivæ: ἢ, poet. ἠὲ, ἤτοι *aut*, εἴτε *ſive.*
4. Cauſſales & quidem ponuntur
   - a. Ad denotandam rei cauſſam ſive rationem, quæ proprie *cauſſales* dici poſſunt: γὰρ, ὅτι, διότι, poet. ὅττι, *nam*, *quia*, *quoniam*, ἕνεκα *propter*, unde οὕνεκα, τοὕνεκα, pro οὗ ἕνεκα *cujus rei cauſſa.*
   - b. Ad denotandum finem, unde *finales* dixeris: ἵνα, ὅπως, ὄφρα, *ut*, ſive, *eo fine ut*, μὴ *ne.*
   - c. Ad denotandam conſequentiam, unde *conſecutivæ*: ὡς, ὥστε, *ut*, *adeo*, *ita ut.*

     N. Harum cum præcedentibus frequens eſt permutatio.
   - d. Ad inferendum, aut concludendum, unde *illativæ* vocantur: ἄρα, οὖν, διὸ, τοίνυν τοιγαροῦν, τοιγάρτοι *igitur*, *itaque.*
5. Conditionales: ἐὰν, ἢν, ἂν, εἰ, εἴκεν, εἴπερ *ſi*, *ſiquidem.* Dor. & poet. αἰ, αἴκα, αἴκε.

6. Conceſſivæ: μὲν, Dor. μὲς, ῥά, γε *quidem, ſiquidem;* εἰ καὶ, καίπερ *etſi, etiamſi.*

7. Diſcretivæ: ἀλλὰ, δὲ *ſed, autem,* ἐπεὶ, μήγε *alioquin,* μενοῦνγε *imo vero,* ὅμως, πλὴν *tamen,* οὐ μὴν ἀλλὰ *veruntamen.*

8. Diſtributivæ ſeu partitivæ: μὲν - δὲ, ut ὁ μὲν - ὁ δὲ *ille quidem - hic vero.* Cujuſmodi partes binæ ſibi reſpondentes etiam *relativæ* dicuntur.

9. Potentiales ἂν, κὲ, κὲν, encliticæ.

10. Expletivæ, quæ ſignificatione carentes tantum ad explendam orationem ac conciliandum ornatum faciunt: πὲρ, γε in proſa, τε, θεν, θην, ῥα, νυ aliæque in verſu.

11. Præpoſitivæ: ἀλλὰ, διὸ, εἰ &c.

12. Subjunctivæ: τὲ, μὲν, δὲ, γὰρ, οὖν, γοῦν, δὴ, τοίνυν, ἄρα omneſque expletivæ.

N. Ἄρα, καὶ, ὅμως, τοιγαροῦν, τοιγάρτοι & ab initio, & in media oratione occurrunt.

* *

GRAM-

GRAMMATICÆ
PARS ALTERA, SIVE
SYNTAXIS.
CAPUT PRIMUM
De Syntaxi generatim.

§. I.

SYntaxis conſtat vocum coordinatione, unde naſcitur oratio.

§. II. Oratio plena & perfecta conſtat minimum Subſtantivo ac Verbo finito, ut πέτρος λέγει *Petrus dicit.*

N. Hæc regula clavis inſtar reſerat & explicat conſtructionem ellipticam Græcis frequentiſſimam. Quoties enim ſententia deſtituitur alterutro, locum habere ellipſin aperte intelligitur. Quando tantum occurrit adjectivum, aut participium, aut articulus, aut pronomen, Subſtantivum per ellipſin ſupprimi neceſſe eſt. Sicubi in oratione deeſt verbum finitum, ibi ellipſis verbi locum habet. Quæ in ipſa ſermonis natura fundantur, quippe qui alterutro deficiente plenus, certusque & ab omni ambiguitate remotus eſſe non poteſt, ut: σοφοῦ ἐστὶ τὸ ἐγκρατεύεσθαι *ſapientis eſt ſe continere*, σοφοῦ pro σοφοῦ ἀνθρώπου; ἐστὶ pro ἔργον ἐστὶ *opus*, *negotium eſt*, πνεῦμα ὁ θεὸς Joh. IV: 24. ambiguum eſt, niſi addas verbum ἐστὶ vel ζητεῖ, ut valeat *Deus eſt Spiritus*, vel, *Spiritum Deus quærit*, *poſtulat*. Utrumque deeſt in illo σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν, pro ἔργον σκληρόν σοι ἐστὶ πρὸς κέντρα λακτίζειν *durum tibi* opus erit *adverſus ſtimulum calcitrare*, Act. IX: 5.

§. III.

§. III. Vocum Syntaxis duabus conſtat partibus convenientia ac regimine.

N. 1. Convenientia, vel, ut Voſſius, concordia vocum eſt, quando convenitur in aliquo tertio, veluti in numero, ut Αἰνέας πάρεστι *Æneas adeſt;* vel in numero & genere: ὁ θεὸς, ὃς ἔκτισε τὰ πάντα *Deus, qui condidit omnia.* Vide plura apud Voſſ. de conſtr. c. 1.

2. Regimen eſt ejuſmodi vocum conjunctio, qua altera in alteram aliquam exerit vim, unde in certo caſu ponitur. Iſthæc vis a relatione pendet, qua alia aliam reſpicit, velut generis, cauſæ, partis, ſubjecti &c. ut Ariſt. τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν q. d. *res noctium;* ubi χρῆμα generis, νυκτῶν ſpeciei rationem habet. Sic Plaut. *res voluptatum.* Phædr. *res cibi;* σωτὴρ τοῦ κόσμου *ſervator mundi*, ἡ φιλανθρωπία τοῦ θεοῦ *Dei erga homines amor.* Quæ vox ab altera patitur, Recta, quæ in alteram vim exerit, Regens dicitur. Conf. Voſſ. de Conſtr. C. VII.

3. Patet hinc convenientiam ac regimen in eo differre, quod illa absque ulla alterius partis immutatione, hæc cum mutatione caſuum fieri ſoleat.

CAPUT II.

De Convenientia.

§. IV. Convenientia eſt vel nominum inter ſe, vel Nominis cum verbo.

§. V. Articulus, pronomen, adjectivum, ac participium cum ſubſtantivo conveniunt in eodem genere, numero ac caſu: ὁ γάμος *nuptiæ*, καλὸν ἔργον *bonum opus*, ἄνθρωπος φιλῶν θεὸν καὶ τὸν πλησίον *homo amans Deum ac proximum.*

§. VI. De Articulo obſervanda ſunt ſequentia:

1. Articulus proprie ſoli ſubſtantivo demonſtrationis, diſtinctionis, aut emphaſeos cauſa additur, ut δός μοι τὸ βιβλίον *da mihi iſtum librum;* Αἴαξ ὁ τελαμόνιος *Ajax Telamo-*

Telamonis: σὺ εἶ ὁ προφήτης *num tu es ille propheta?* **illo** excellens.

N. Ab interrogativis, indefinitis, diſtributivis & cardinalibus reſpuitur articulus. In aliis vocibus indiſcriminatim adhibetur, unde Scaliger flabellum atticæ loquacitatis dixit. *Θάνατος ψυχῆς ἀσέβεια* & *ἡ ἀσέβεια mors animæ impietas eſt.* Chryſ. Vide Vervvey p. 226.

2. Articulus Subſtantivo additur unicus; ſi duo adfuerint, alter habet ellipſin ſubſtantivi, ut τὰ τῆς τύχης *fortunæ* ſc. ἔργα, πράγματα *res*, ſive *fortuna*, ſic enim res ipſa declaratur.

3. Articulus a nomine in caſu aut genere diſcrepans docet

a. Ellipſin ſubſtantivi ὄνομα, ῥῆμα, μόριον, ut: *Θεῖος ἀπὸ τοῦ Θεὸς* pro *τοῦ ὀνόματος Θ*: *Vocabulum Θεῖος a nomine Θεὸς derivatur:* Etym. ſed res & facta aliud Subſtantivum ſupprimunt, ut ἐκ τοῦ ὁρᾷν (τῆς ὁράσεως) τὸ ἐρᾷν, i. e. ὁ ἔρως, vel *ἐκ τοῦ πράγματος ὁρᾷν τὸ πρᾶγμα ἐρᾷν ex viſu naſcitur amor.* Conf. Matth. 3: 3. 4. 25. 6: 8. Conf etiam §. XVI.

b. Et ellipſin & poſſeſſionem: *τὰ ὁμήρου* ſc. *συγγράμματα Homeri* ſc. *ſcripta*, *τὰ τοῦ Καίσαρος quæ Cæſaris ſunt.*

c. Proximam cognationem aut conjunctionem veluti filii, filiæ, fratris, uxorisque: Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου ſc. υἱὸς, παῖς *filius*, ἡ Διὸς *Jovis* ſc. uxor. Juno.

4. Articulus adverbio aut præpoſitioni præmiſſus indicat ellipſin ſubſtantivi ac participii, habetque periphraſin adjectivi: οἱ πάλαι *veteres* ſc. γεγονότες ἄνθρωποι ſive *homines olim exiſtentes*; ὁ, ἡ, τὸ χθὲς *heſternus, a, um*, ſive *heri* γεγονὼς *exiſtens*; ἐν τῷ νῦν ſc. ἐσῶτι καιρῷ *præſenti tempore.* Aliquando pars omiſſa additur: ὁ ἔξω ἄνθρωπος, ὁ ἔσω ἄνθρωπος *homo externus, internus.*

5. Articulus pluralis cum præpoſitione περὶ & ἀμφὶ & nomine proprio ſervit periphraſi: οἱ περὶ πλάτωνα vel *qui circa Platonem ſunt*, vel *Plato cum iis, qui circa illum ſunt.* Conf. Joh. 11: 19. Πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν *ad Martham & Mariam.*

6. Articulus ante Conjunctiones relativas μὲν & δὲ diſtributionem aut oppoſitionem indicat: οἱ μὲν ἐπείθοντο, οἱ δὲ ἠπίςουν *alii quidem aſſentiebantur, alii vero non credebant.*

debant. Ὁ μὲν præmittitur primo tantum membro, ὁ δὲ alteri ac ſubſequentibus cæteris. Conf. Epheſ. IV: 11.

7. Articulus poſt nomen eleganter repetitur: πείθου τοῖς νόμοις, τοῖς ὑπὸ τῶν βασιλέων κειμένοις *obtempera legibus a regibus editis.* Iſocr.

8. Articuli plurium ſubſtantivorum concurrentium alii aliis eleganter præponuntur: ubi inter articulum & ſubſtantivum aliæ inſeruntur orationis partes: οἱ τὴν τῆς πατρίδος ἀναλαμβάνοντες φροντίδα, ἐπαινετέοι *qui patriæ curam ſuſcipiunt, laudandi ſunt.* Hæc inſertio uſitatiſſima eſt in regimine.

9. Articulus poſt adjectiva πᾶς, ὅλος, τοιοῦτος, τοσοῦτος pronominaque ὅδε, οὗτος, ἐκεῖνος, αὐτὸς frequenter interſeritur: παντὶ τῷ λαῷ *univerſo populo,* ὅλος ὁ κόσμος *univerſus orbis.*

10. Articulus præponitur adjectivo, quoties ſubjectum orationis eſt, loco ſubſtantivi: Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, pro οἱ ἐλεήμονες μακάριοι, ſic οἱ πραεῖς, οἱ πενθοῦντες, Matth. 5. v. 7.

11. Articulus præmittitur verbo infinito, quoties locum ſubſtantivi tenet, quod fit in omni caſu: ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν χριστὸς *vivere meum, ſive vita mea Chriſtus eſt.* Phil. I. v. 21.

12. Articulus ponitur loco pronominis relativi, vulgo *articuli ſubjunctivi* ὅς, ἥ, ὅ præcipue apud Poetas: ἣν διὰ μαντοσύνην, τήν οἱ πόρε Φοῖβος ἀπόλλων *ſuam propter ſcientiam, quam illi dedit phœbus Apollo.*

13. Articulus occurrit loco pronominis demonſtrativi: ἔδει τὸ ποιῆσαι, καὶ τὸ μὴ ποιῆσαι pro τοῦτο π. *decebat illud facere, hoc vero omittere.*

14. Articulus cum particula δὲ ponitur pro αὐτὸς: ὁ δὲ ἀποκριθεὶς *ille vero reſpondens.*

§. VII. Pronominum hæc eſt ratio.

1. Pronomen primitivum ponitur pro poſſeſſivo: πατήρ μου *pater meus,* pro ἐμός, πάτερ ἡμῶν *Pater noſter,* pro ἡμέτερε.

2. Pro-

2. Pronominibus poſſeſſivis eleganter additur genitivus: ὁ ἐμὸς τȣ͂ ταλαιπώρȣ βίος *mea miſeri vita*, quaſi præceſſiſſet μȣ͂.

3. Pronomen αὐτȣ͂, αὐτῷ, αὐτὸν uſurpatur pro ἑαυτȣ͂, ἑαυτῷ, ἑαυτὸν quum reſpicitur ad perſonam, a qua cœpta eſt oratio: ὁρῶν τὴν κίνησιν ἐπ' αὐτὸν pro ἐφ' ἑαυτὸν *videns motum in ſe*.

4. Pronomen ἑαυτȣ͂ ponitur pro omnibus perſonis. In prima: ȣ̓χ ὑπερεκτείνομεν ἑαυτȣ̀ς, *non ſupra modum nos extendimus*. 2. Cor. X: 14. in ſecunda: ȣ̓κ ἐςὲ ἑαυτῶν *non eſtis veſtri juris*; in tertia fere ubique: ἑαυτοῖς κρίμα λαμβάνειν *ſibi damnationem auferre*. Rom. XIII: 2.

5. Pronomen relativum ὅς, ἥ, ὅ, vulgo articulus poſtpoſitivus

a. Ponitur pro articulo in diſtributione: ὃς μὲν ȣ̔́τως, ὃς δὲ ȣ̔́τως *alius quidem ita, alius autem ita*, 1. Cor. 7: 7. ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει *hic quidem eſurit, hic vero ebrius eſt*. 1. Cor. 11: 11.

b. Attice caſu reſpondet antecedenti ſubſtantivo, non ſequenti verbo: ναὸς πνεύματος ἁγίȣ, ȣ͂ ἔχετε, pro ὃ ἔχετε. Corpus veſtrum *templum ſpiritus ſancti eſt, quem habetis*. 1. Cor. 6: 19.

N. Hic aliquando locum habet ellipſis pronominis ἐκεῖνος, vel ſubſtantivi ἡμέρα, χρόνος &c. ut ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με διακείμενον pro ἐπ' ἐκείνοις ἐφ' οἷς *ex quo me videtis decumbentem* Herodian. Conf. Joh. 17: 9. Marc. 2: 19.

c. Nomini ſuo quandoque præponitur: ἀπολαύω ὧν ἔχω ἀγαθῶν *fruor iis, quæ habeo bonis*.

d. Præcedenti relativo nonnunquam caſus reſpondet ſequentis nominis: ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, ȣ̔τός ἐςιν, *hic eſt Johannes, quem decollavi*, Marc 6: 16. ἄγοντες παρ' ᾧ ξενισθῶμεν, Μνάσωνι pro ἄγοντες Μνάσωνα *adducentes ſecum apud quem hoſpitaremur, Mnaſonem*, Act. 21: 16. conf. 1. Cor. 10: 16. Sic Virg. Urbem, quam ſtatuo, veſtra eſt.

e. Aliquando reſpondet nomini non præcedenti, ſed ſimili ſubintellecto, ȣ̓ κρατῶν τὴν κεφαλὴν, ἐξ ȣ͂ πᾶν τὸ σῶμα. pro ἐξ ἧς, *non obtinens caput, ex quo totum corpus*. Coll. 2: 19. Conf. Act. 15: 36.

f. Genere quandoque refertur ad ſubſtantivum ſequens: τὴν

μάγ[illegible]

μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα θεοῦ gladium ſpiritus, qui eſt verbum Dei. Eph. 6 : 17.

g. Nonnunquam præponitur nomini . alias poſtponendum : *ἀπολαύω ὧν ἔχω ἀγαθῶν fruor bonis, quæ habeo.*

h. Græci in adhibendo relativo parciores ſunt quam Latini, & frequentius per participium circumſcribunt.

i. Compoſitum hujus pronominis ὅστις, *quisquis*, item ὁστισοῦν poſt adjectivum πᾶς in ſingulari tantum occurrit: Pluralis habet πάντες ὅσοι *omnes quique, quotquot.*

§. VIII. Adjectivorum hæc fere eſt ratio.

1. Sub adjectivo ſolum occurrente per ellipſin intelligitur ſubſtantivum: σέβεσθαι τοὺς ἀθανάτους ſc. θεοὺς *colere immortales* ſc. Deos; τὸ βάρβαρον, τὸ ἀνθρώπινον, τὸ ὑπήκοον ſc. γένος, vel ἔθνος *barbarum, humanum, ſubditorum* genus. Conf. §. I. N.

2. Quædam adjectiva præ cæteris frequenti uſu ſubſtantivorum quaſi naturam induerunt: ὁ φιλόσοφος ſc. ἀνὴρ *Philoſophus* homo, οἱ φιλόσοφοι ſc. ἄνδρες: Huc faciunt τὸ δυνατὸν τοῦ θεοῦ pro ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ, *potentia Dei*, τὸ χρηστὸν τοῦ θεοῦ *benignitas Dei*, ποτήριον τοῦ ψυχροῦ *poculum frigidæ* ſc. ὕδατος *aquæ*, πρὸς τὴν ὀρθὴν, ſc. γραμμὴν *ad rectam* lineam; vocabula artium. ἡ λογικὴ, ῥητορικὴ, γραμματικὴ τέχνη, ἡ φυσικὴ ἐπιστήμη &c.

3. Adjectiva quandoque junguntur cum genitivo plurali loco nominativi: οἱ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων pro ἄνθρωποι *homines vani*; vel potius οἱ μάταιοι ἐκ τῶν ἀνθρώπων. ſic αἱ πονηραὶ τῶν γυναικῶν *malæ mulieres*, οὗτοι τῶν λόγων *hi ſermones*, αὗται τῶν πόλεων *hæ civitates*, τὰ ποτιζόμενα τῶν δένδρων *arbores rigatæ*. Singularis occurrit conſtructio Apoc. 21 : 24. τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων pro τὰ σωζόμενα τῶν ἐθνῶν, & hoc pro τὰ σωζόμενα ἔθνη *ſervatæ gentes.*

4. Adjectivum neutrum junctum ſubſtantivo maſculino aut fœminino habet ſubintellectas voces χρῆμα, πρᾶγμα, ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς *ſufficit diei ſuum malum.* Matth. 6 : 34. οὐχ ὁ οἶνος φαῦλον, ἀλλ᾽ ἡ ἀμετρία πονηρὸν *non vinum malum eſt, ſed intemperantia vitioſa.*

Plene

Plene Anon. in Chryſoſt. ὡς ἀχείρωτόν τι χρῆμα ἡ ἀρετὴ *vere virtus inexpugnabile quid*

5. Diverſis ſubſtantivis tribuitur aliquando adjectivum, quod cum propiore convenit: διπλοῦν τὸ ζῶον ἄνθρωπος, ἐκ δύο συγκείμενος οὐσιῶν *compoſitum animal homo eſt, ex duabus ſubſtantiis conſtans.* Chryſ.

6. Adjectivum plurale ſubjectum ſubſtantivis diverſi generis plerumque neutrum eſt: καὶ πενία καὶ πλοῦτος ἀναγκαῖα τῷ βίῳ ἢ χρήσιμα *& paupertas & opulentia vitæ neceſſaria & utilia ſunt.* Theod.

7. Loco adjectivi aliquando occurrit genitivus ſubſtantivi abſtracti: οἰκονόμος ἀδικίας, pro ἄδικος *diſpenſator injuſtus*, ὁ λόγος τῆς ἀληθείας, pro λόγος ἀληθὴς *ſermo verus:* quæ conſtructio frequentem habet hebraiſmum.

8. Adjectiva neutra in ſingulari & plurali frequenter adhibentur loco adverbiorum: πολὺ τιμιώτερον χρυσίου *multo præſtantius auro*, 1. Petr. 1: 7. ἀσπάζονται ὑμᾶς ἐν κυρίῳ πολλὰ *multum vos in Domino ſalutant.* 1. Cor. 16: 19. ὀρθὰ βαδίζειν καὶ ἀδιάπτωτα *recte & ſine errore incedere.* Chryſ. ſic τὸ πρῶτον, τὰ πρῶτα, δεύτερον, τρίτον *primo, ſecundo, tertio:* ubi iterum intelligitur præpoſitio κατὰ aliæque & ſubſtantivum, quaſi dicas κατὰ τὸ πρῶτον μέρος, τὰ πρῶτα μέρη, ἀσπάζεσθαι πολλὰ pro κατὰ πολλὰ ῥήματα. Sic τὴν πρώτην *primum* pro κατὰ τὴν πρώτην ἀρχὴν; τὴν ταχίστην, *celerrime* pro κατὰ τὴν ταχίστην ὁδόν. Idem fit de Dativo ſingulari παῤῥησίᾳ *libere, fidenter* pro σὺν παῤῥησίᾳ, δημοσίᾳ *publice* pro ἐν δημοσίᾳ χώρᾳ *in loco publico.*

9. Participiorum eadem eſt ratio quæ adjectivorum, natura enim ſua nihil aliud ſunt, quam adjectiva.

10. Eadem eſt conſtructio adjectivorum verbalium in τέος, ut γραπτέα ἐπιστολὴ *ſcribenda eſt epiſtola*, λεκτέον βιβλίον *legendus eſt liber.* De reliquis horum conſtructionibus infra.

N. Attici his verbalibus utuntur in plurali loco ſingularis: οὐκ ἔτι ἐστὶ πιστευτέα τῶν νῦν οὐδενὶ *non eſt amplius ulli mortalium fidendum.* Luc.

§. IX. Conveniunt etiam duo ſubſtantiva in eodem caſu, quando alterum ab altero explicatur: Grammaticis dicitur appoſitio: ὁ Ἰησοῦς σωτὴρ *Jeſus Servator*, παῦλος ἀπόστολος *Paulus apoſtolus*, Βασιλεὺς Μάρκος *Rex Marcus*. Ῥώμη πόλις *urbs Roma*.

N. 1. Poſterius quandoque in genitivo ponitur: Ἀθηνῶν πόλις *Urbs Athenarum*.

2. Aliquando alterum ponitur pro adjectivo: τὴν ἑλλάδα φωνὴν μανθάνω *ſermonem græcum diſco*, ἡ τύχη σωτὴρ pro σωτήριος *fortuna ſervatrix*.

§. X. Sequitur convenientia Nominis ſubſtantivi & verbi, quæ non ſimplex eſt. Aliter convenit ſubſtantivum & verbum finitum; aliter convenit ſubſtantivum & verbum infinitum. De hac poſtea agetur.

§. XI. Nominis cum verbo finito concordia hæc eſt: Nominativus verbum finitum ſemper præcedit. Θεὸς ἔκτισε πάντα *Deus condidit omnia*, τὰ γράμματα ἐπαινοῦνται *literæ laudantur*. Nominativus verbum finitum etiam ſequitur, quod ad appoſitionem pertinere Voſſius autumat.

N. Sciopius hoc ita effert: Omnis nominativus eſt verbi finiti aut ſuppoſitum modo, aut ſimul appoſitum & ſuppoſitum: eodem ſenſu.

N. 1. Plerumque Nominativus a verbis omittitur ac ſub illis intelligitur: γράφω *ſcribo* pro ἐγὼ γράφω, λέγουσι *dicunt* pro αὐτοὶ vel ἄνθρωποι λέγουσι.

2. Nominativus præcipue verba ſubſtantiva & nuncupativa paſſivæ ſignificationis in eodem numero ſequitur: Ὁ χριστός ἐστι σωτὴρ πάντων *Chriſtus eſt Servator omnium*, καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ (χριστοῦ) ὁ λόγος τοῦ θεοῦ *vocatur nomen ejus ſermo ille Dei*. Ap. 19: 13.

N. Verba ſubſtantiva ſunt: εἰμὶ, τυγχάνω, ὑπάρχω, γίνομαι: quorum naturam ſequuntur μέλλω, ἔχω, πέφυκα. Nuncupativa ſunt καλοῦμαι, λέγομαι, ὀνομάζομαι, προσαγορεύομαι. Similem vim habent δοκέω, ὑπολαμβάνομαι, νομίζομαι.

4. Idem

3. Idem fit poſt verba ſitum, aut geſtum denotantia: οὐκ οἶδα πρὸς ὅ, τι καὶ ἀποβλέψῃ πάντῃ τὰς ὄψεις περισπώμενος, *non novi ad quid reſpiciat, paſſim vultum flectens.*

4. Nominativus ita nonnunquam ponitur, ut commode exponatur per formulam *quod attinet:* ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος *ad Moſen hunc quod attinet:* Act. 7: 40. ἡ Ῥεβέκκα *ad Rebeccam* quod attinet. Rom. 9: 10. Quæ formula, etſi græcis non ignota, ad Hebraiſmum pertinet.

5. Nominativus etiam adhibetur abſolute pro Latinorum ablativo: Ἀφικόμενοι οἱ παῖδες Pauſ. Att. pro ὅταν ὦσιν ἀφικόμενοι *venientibus pueris,* ὅσαι νύκτες ſc. εἰσὶ *ſingulis noctibus.*

6. Nominis verbum finitum præcedentis locum habet verbum infinitum, cui plerumque jungitur articulus in genere neutro, ἐμοὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος *mori,* i. e. mors *mihi lucrum.* Poetæ aliique articulum frequenter omittunt: μάχεσθαι *pugnare* pro ἡ μάχη *pugna.*

7. Verbi frequens eſt ellipſis: παθήματα μαθήματα *nocumenta documenta* ſc. εἰσὶ, vel ἐςὶ *ſunt.*

8. Neutro plurali attice ſubjicitur verbum ſingulare: τὰ δεινὰ οἶκτον προκαλεῖται *mala miſeriam provocant.* De hac conſtructione copioſe Vervv. L. VI. C. 11.

9. Nomen collectivum ſubjungit ſibi nonnunquam verbum plurale: ὥς φασὶν ἡ πληθὺς *ut ajunt* (ait) *multitudo,* ἡ γυνὴ σωθήσεται ἐὰν μείνωσιν ἐν πίςει *mulier* (genus muliebre) *ſervabitur, ſi manſerint* (manſerit) *in fide.* 1. Tim. 2: 15. conf. Apoc 9: 18.

10. Duabus aut pluribus etiam diverſis perſonis numeri ſingularis verbum additur plurale: Ἰδοὺ πατήρ σου κἀγὼ ἐζητοῦμέν σε *ecce pater tuus & ego quærebamus te.* Luc. 2: 48.

11. Verba τυγχάνω, ὑπάρχω amant participium verbi εἰμὶ *ſum:* Ἀβεσσαλὼμ καλὸς ὢν ἐτύγχανε *Abſolon formoſus erat.*

12. Verbum finitum eleganter admittit periphraſes per

verba ἔχω, εἰμὶ, τυγχάνω & participia. Soph. ἔχεις ταράξας *turbaſti*, pro ἐτάραξας. Chryſ. τὴν φιλίαν ἐγκολάψαντες ἔχομεν τῷ συνειδότι *amicitiam inſcripſimus conſcientiæ* pro ἐνεκολάψαμεν. Soph. οὐ σιωπήσας ἔσῃ *nonne tacebis* pro οὐ σιωπήσεις.

- N. Hæc periphraſis tertiis perſonis ἐςὶ, ἦν eleganter jungit duos dativos: εἴ σοι ἡδομένῳ ἐςὶ *ſi tibi placet*, q. d. εἰ σὺ ἥδῃ Plato; τῷ Νικίᾳ ἦν προσδεχομένῳ ταῦτα, pro ὁ Νικίας προσεδέχετο *Nicias hæc accipiebat*. Thucyd.

13. Verbum finitum poſt particulas καίπερ, καίτοι *etſi*, *quamvis* mutatur eleganter in participia: Διὸ οὐκ ἀμελήσω ὑμᾶς ὑπομιμνήσκειν περὶ τούτων, καίπερ εἰδότας *idcirco non prætermittam de his rebus vos monere, etſi haud ignaros*. Iſocr.

CAPUT III.

De Regimine Genitivi.

§. XII. Genitivus regitur tantum a ſubſtantivo rei diverſæ, ac Præpoſitione: ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ *agnus Dei*; ἀπ' αἰώνων *a ſeculis*.

N. 1. Genitivus proprie ad ſignificationem proprietatis ſive poſſeſſionis adhibetur, unde hoc regimen ad alia, ipſaſque præpoſitiones tranſiit.

2. Aliquando loco genitivi ponitur præpoſitio περὶ, κατὰ, παρὰ, πρὸς aliæque cum ſuo caſu: ὁ περὶ σῶμα κόσμος pro κόσμος τοῦ σώματος *ornatus corporis*, τὰ περὶ ψυχὴν ἀγαθὰ *bona animi*, ἀπολαύει πάσης τῆς κατὰ ψυχὴν τρυφῆς *omnibus animæ deliciis fruitur*. Chryſ.

3. Quicunque genitivus ab aliis orationis partibus vulgo dicitur regi, is vere ab illis non regitur, ſed a ſubſtantivo, aut præpoſitione latente, veluti

a. Adjectiva neutra loco ſubſtantivorum poſita; τὰ ἐλαφρὸν

φρὸν τῆς θλίψεως *levitas afflictionis*, quaſi τ. ε. χρῆμα τ. θ.

b. Genitivus indignantis, aut abominantis: τῆς τύχης, τῆς ἀναιδείας ſc. χρῆμα. *o fortunam! o impudentiam!*

c. Genitivus geminus nominis aut pronominis ac participii, quo denotatur conſequentia habet ellipſin præpoſ. ἐπὶ, ὑπὸ, ἐκ: ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου *adminiſtrante Syriam Cyrenio*, pro ἐπὶ vel ὑπὸ η. τ. Σ. Κ. ut plene Arianus: *Diem* obiit Alexander ἐπὶ Ἡγησίου ἄρχοντος Ἀθήνησι *Hegeſia imperante Athenis.* Sub participio temporis præteriti intelligitur ἐκ: πατρὸς θανόντος *patre mortuo* pro ἐκ π. θ. Ita τούτου γενομένου pro ἐκ τ. γ. *ex hoc facto*, i.e. *poſt hoc factum.* Adhibetur loco ablativi Latinorum, ut dicitur, abſoluti, ac exprimit ſenſum verbi finiti cum particulis εἰ, ὅτε, ὅταν *cum* ſc. *adminiſtraret*, *diem obiret*, *mortuus eſſet.*

d. Comparativi propter ellipſin præpoſitionis περὶ, πρὸ *præ*, ἀντὶ *pro*, Superlativi propter omiſſum ἐκ: δικαιότερος παύλου ſc. περὶ, πρὸ, ἀντὶ παύλου *juſtior Paulo*, βέλτιστος ἁπάντων pro ἐξ ἁπάντων *optimus omnium*: ſic Lucianus de Galatea: ἐγὼ ἐξ ἁπασῶν ἡ καλλίστη ἔδοξα *ex omnibus pulcerrima viſa ſum.*

N. Hinc fit ut genitivus locum non habeat, quando adjungitur particula ἤ, ἤπερ, μᾶλλον: οὐδὲν ἕλκος μεῖζον, ἢ φίλος κακὸς *non eſt ulcus majus, quam amicus malus.*

e. Adjectiva copiæ, inopiæ, criminis, dignitatis, indignitatis, ſimilitudinis, diverſitatis: πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας *plenus gratia ac veritate* pro ἀπὸ χ. κ. α. vel ἐν ἔργῳ χ. κ. α. ἔνοχος θανάτου *reus mortis* pro ἐν αἰτίᾳ θανάτου; ἔνοχος φόνου *reus cædis* pro χάριν vel ἕνεκα φ. ἄξιος τῆς τιμῆς *dignus honore* pro ἕνεκα τ. τ. διάφορος τοῦ ἑτέρου *diverſus ab alio*, vel, *præſtantior alio* pro ἀφ' ἑ. ὅμοιος ὑμῶν *ſimilis veſtri.*

f. Adjectiva partitiva, verbalia in κος, compoſita cum α privativo, aliaque: γνήσιοι τῶν φίλων *genuini amicorum*,

corum, pro ἐκ τ. Φ; παρεκτικὸς τῶν ἀγαθῶν *bona tribuere valens* pro ἕνεκα τ. α. vel παροχῇ τ. α; ἀθέατος τῆς ἀληθείας *cœcus ad contemplationem veritatis* pro ἐπὶ τὸ θέαμα τ. α.

N. Genitivus partitivus mutatur in nominativum mediante articulo: οἱ ἄνθρωποι οἱ μὲν ἀγαθοὶ, οἱ δὲ πονηροὶ pro τῶν ἀνθρώπων.

g. Verbum εἰμὶ cæteraque verba ſubſtantiva, quando officium qualitatemve denotant: Μωσῆς ἦν ἀξιώματος μεγάλου pro ἦν ἀνὴρ α. μ. *Moſes erat magna dignitate.*

h. Verba accuſandi, admirandi, æſtimandi, amandi, appetendi, conſequendi, copiæ, curandi, differendi, dominandi, fruendi, fruſtrandi, incipiendi, liberandi, parcendi, participandi, prohibendi, reminiſcendi, ſuperandi & plerorumque contraria aliaque, ut

Αἰσχίνην οὐδενὸς αἰτιοῦμαι *Æſchinem nullius rei accuſo.* Demoſt. Διώκω σε περὶ θανάτου *accuſo te capitis*, plene Xenoph.

Θαυμάζω ὑμῶν *admiror vos* pro κάλλος vel ἀρετὴν ὑμῶν Philo πόλιν θαυμάζειν *urbem admirari*: dicitur etiam θαυμάζω τὸν ἄνθρωπον τῆς καρτερίας ſc. ἕνεκα *admiror hominis conſtantiam.*

Ἀρετῶν τὰς ἡδονὰς ἐλάττονος ποιοῦμαι *voluptates minoris facio quam virtutes*, pro ἀντὶ, πρὸ, περὶ ἐλάττονος, ut Lyſias: περὶ οὐδενὸς vel οὐδενὸς πρᾶγμα ἡγοῦντο, Demoſt. ἀντὶ παντὸς τιμᾶν *ante omnia honorare*, ἐρᾶν τῶν καλῶν pro ἔρωτα καλῶν: ut Luc. *pulcra amare.*

Ὀρέγεσθαι χρημάτων pro περὶ χ. vel τὴν κτῆσιν χ. *petere divitias.*

Προστατῶν ἀγαθῶν τυχεῖν pro ἐπὶ π. α. τ. *gubernatores bonos impetrare.* Demoſt. conf. Heb. 11: 33.

Γεμίσαι πυρὸς *implere igne* Ap. 8: 5. ἐκ πυρός.

Ἐπιμε-

Ἐπιμελεῖσθαι ςρατηγίας *curare exercitum*, Plato: περὶ ςρατηγίας.

Διαφέρειν δούλου pro ἀπὸ δ. *differre a ſervo.*

Κυριεύειν τινὸς *dominari alicui*, ſic βασιλεύειν, τυραννεύειν τινὸς pro ἐπὶ vel κατὰ, unde & verbum compoſitum κατακυριεύειν. conf. Matth. 20: 25. Act. 19: 16. 1. Pet. 5: 3.

Ἀπολαύειν τινὸς *commodum percipere ex aliqua re*, plene ἐκ τινὸς, vel ἀπὸ ut Dionyſ. Halic. ἐκ τῆς τριβῆς τοῦ χρόνου *ex temporis mora.*

Ὑςερεῖσθαι δόξης *privari gloria*, pro ἀπὸ δ. conf. Heb. 12: 15.

Ἄρχεσθαι λόγου *ordiri ſermonem* pro ἀπὸ λ. conf. Act. 10: 37.

Ῥύσασθαι ἀνδρὸς λύμης *liberare hominem a pernicie*, pro ἀπὸ λ. conf. Matth. 6: 13.

Φείδεσθαι τινὸς *parcere alicui* pro ἀπὸ τ. conf. 1. Reg. 15: 3. καὶ οὐ φείσῃ ἀπ᾽ αὐτοῦ *& non parces illi.*

Μετέχων τοῦ λόγου *particeps rationis* ſc. μέρος. Iſocr. τῶν κινδύνων πλεῖςον μέρος μεθέξουσι.

Κωλύει τοῦ γίνεσθαι οἰκίαν *impedit quo minus fiat domus*. Ariſt. ἀπὸ αἰσχρῶν κωλύσαι. Xen.

Μέμνησο τῶν φίλων *memento amicorum* Iſocr. ἐμνήσθην περὶ ταύτης γυναικός. Id.

Ἡττᾶσθαι τῶν συμφορῶν *vinci a malis* pro ὑπὸ τῶν συμφορῶν. Comic. in Nube.

N. Hæc verba quando in formam paſſivam convertuntur amant conſtructionem rectam: οἱ περὶ πλοῦτον σπουδάζοντος ὑπ᾽ ἐμοῦ καταφρονοῦνται *qui divitiis inhiant a me contemnuntur*, nec enim recte dixeris τῶν σπουδαζόντων καταφρονεῖται.

i. Verba ſenſuum exceptis videndi verbis genitivum itidem aſſumunt propter ellipſin: ἅπτεσθαι τινὸς, ἀκαθάρτου *attingere aliquem, impurum* pro ἀπὸ τ. ἀ. conf. Levit. 5: 3. ἀκούειν τινὸς pro ἐκ

τινος vel παρὰ τ. *audire ex aliquo*, γεύεσθαι μελανέρων *deguſtare atram caudam habentia* pro ἐκ μ. Plut.

N. Attice verba ſenſuum omnia regunt accuſativum, conf. §. XIV. g.

k In aliis verbis quæ cum præpoſitionibus ſunt compoſita, ellipſis præpoſitionum aut ſubſtantivorum χάριν, δίκην &c. evidentior eſt. ἐξαρπάζειν τε͂ πυρὸς pro ἐκ τ. π. ut apud Latinos *eripere ex igne*, καταστρηνιάζειν τε͂ χριστε͂ pro κατὰ τ. χ. *laſcivire adverſus Chriſtum*. 1. Tim. 5 : 11. De hac re infra.

N. Quæ tota hæc pericopa de regimine genitivi nominibus ac verbis minus vere adſcripto, diximus, ex eo potiſſimum confirmantur, quod eadem etiam alios caſus aſſumant, ut:

ἔνοχος τῇ κρίσει pro ἐν τ. κ. *reus judicii*.
ὅμοιος αὐτῷ, σοὶ, *ſimilis ei*, *tibi*.
ὑπεύθυνος ὀφελήματος & ὀφελήματι *obnoxius debito*.
ἀκολεθητικὸς τῶν παθῶν καὶ τοῖς πάθεσι *ſectator voluptatum*.
συγγενὴς τε͂ πράγματος & τῷ πράγματι *affinis rei*. Plato.

l Genitivus quoque per ellipſin ponitur, quando deſignatur

α. Materia ex qua aliquid fit: πεποιημένον λίθε pro ἐκ λ. *factum ex lapide*.

β. Pars quæ ex toto ſumitur: ἐσθίειν τε͂ ἄρτε, *edere de pane*, πίνειν τε͂ οἴνε *bibere de vino*, pro ἐξ α. ο.

γ. Pretium ſive cum adjectivis, ſive cum verbis: ὤνιος αἵματος, pro ἀντὶ αι. *venalis ſanguine*. ὠνεῖσθαι δραχμῆς pro ἀντὶ δ. *emere drachma*. Sic ὠνεῖσθαι, πωλεῖσθαι μεγάλε, μείζονος, μεγίστε, πολλε͂, πλείονος, πλείστε, πόσε, ὀλίγε, μικρε͂. pro ἀντὶ μεγάλε &c.

δ. Tempus, ſive in deſignanda illius certa parte, ubi locum habet Latinorum quando, ſive in determinanda duratione, quæ reſpondet τῷ quamdiu? ἡμέρας καὶ νυκτὸς μελετᾷν *diu noctuque meditari*, ἅπαξ ἡμέρας *ſemel de die*, pro

α. δι

α. δι' ἡμέρας, πέντε ὅλων ἐτέων *quinque integros annos*, διὰ παντὸς ſc. χρόνε *ſemper*.

ε. Cauſa: φιλεῖς αὐτὸν ἀρετῆς, ſupple ἕνεκα, *amas eum virtutis cauſa*.

ζ. Locus: πε̃ γῆς *ubi terrarum?* pro πε̃ ἐπὶ γῆς; ε̃ *ubi* pro ἐφ' ε̃ τόπε *in quo loco*, ut integre Polyb. ſic αὐτε̃ *ibi*, *iſthic*, pro ἐπ' αὐτε̃ τόπε.

m. Adverbia pleraque, præcipue qualitatis, diſcriminis: ἄνευ, χωρὶς πατρὸς pro α. χ. ἀπὸ π. *ſine patre*, πίστις χωρὶς ἔργων pro χωρὶς ἀπὸ ἔργων *fides absque operibus*. πλησίον τε̃ χωρίε *prope prædium* pro ἀπὸ τ. χ. πόῤῥω τῆς τέχνης, πόλεως, τε̃ Διὸς pro ἀπὸ &c. *procul ab arte*, *urbe*, *Jove*, ἄχρι, μέχρι τῆς ἑσπέρας pro μέχρι, aut ἄχρι πρὸς ὥραν τ. ε. *usque ad veſperam*, ἄχρι τε̃ ἐρανε̃ pro ἄχρι πρὸς τὸ ὕψος τε̃ ἐρανε̃ *usque ad cœlum*, ἕως ἅδε pro ἕως πρὸς οἶκον vel βάθος ἅδε *usque ad inferos*. Adverbia qualitatis eleganter conſtruuntur cum verbis ἔχω, διάκειμαι, διατίθεμαι, ποιέω, πάσχω ἥκω, ut εὖ ἔχει ῥώμης *bono corporis robore præditus eſt*, pro ἕνεκα ῥώμης, ἀπείρως ἔχει κακῶν *inexpertus eſt malorum*, εὖ ἔχει χρημάτων *pecuinioſus eſt*, pro ἕνεκα κ. χ. ἀξίως τε̃ θεε̃ περιπατῆσαι, pro ἀξίως ἐνώπιον vel κατ' ἐνώπιον, vel ἐν τοῖς ὁδοῖς θεε̃ περιπατῆσαι *convenienter Deo ambulare*. ἐνώπιον ſubſtantivum eſt.

n. Genitivi regimen pendere etiam a præpoſitione vidimus, ac infra ordinatim oſtendemus §. XXI. ubi de regimine præpoſitionum agetur.

CAPUT QUARTUM

De Regimine Dativi.

§. XIII. Dativi regimen eſt vel proprium, vel alienum.

N. Dativi conſtructio judice Voſſio potius ad concordiam ſpectat, laxius tamen regimen quoque dici poteſt.

 1. Pro-

1. Proprium Dativi regimen locum habet in omni oratione, qua aliquid alicui tribuitur, vel accedit: *δός μοι τὸ βιβλίον da mihi hunc librum*, *διδάσκω σοι τὸν παῖδα doceo tibi filium*, *ῥᾴδια πάντα θεῷ facilia ſunt omnia Deo.* Lin. *ἴσος θεῷ ſimilis Deo.*

N. 1. Huc pertinere videntur verba impersonalia *δεῖ*, *διαφέρει*, *ἐλλείπει*, *ἔξεστι*, *μέλει*, *προσήκει*, *χρὴ* aliaque hujus generis, ut *ἀπόχρη*, *ἀρκεῖ*, *δοκεῖ*, *πρέπει*, *συμβαίνει*, *συμφέρει*.

ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου ſufficit tibi gratia mea. 2. Cor. 12:9.
τί σοι δοκεῖ Σίμων quid tibi videtur Simon? Matth. 17:25.
πάντα μοι ἔξεστι omnia mihi licent. 1. Cor. 10:23.

2. Quando accuſativus his verbis adjungitur, id fit ob infinitivum ſequentem: *πρέπει τοὺς παῖδας τῆς πατρικῆς φιλίας κληρονομεῖν decet filios amicitiæ paternæ eſſe heredes.* Iſocr.

3. Sic occurrit duplex Dativus: *Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ*, *quid mihi tecum*, plene: *κοινὸν πρᾶγμά ἐστι quod mihi & tibi commune negotium eſt?*

4. Attice pro Dativo eſt accuſativus, ſed propter ellipſin præp. *κατὰ* &c. *οἷα με ποιεῖς qualia mihi facis?* *πρᾶξαι τὴν πόλιν ἀγαθὰ bonis remp. afficere* Demoſt. præcipue hoc fit, quando *εὖ*, *καλῶς*, cum verbis *λέγω*, *ἀγορεύω*, *εἰπεῖν* in ſignificatu laudandi, & vituperandi, & cum *πράττω*, *ποιέω*, *δράω*, *ἔρδω* in ſignificatione bene aut male faciendi conſtruuntur: *μὴ λέγε κακῶς τὸν τεθνηκότα ne maledicas homini mortuo.* ſic *εὐλογεῖν θεὸν laudare Deum.* Matth. 5:44.

2. Alienum regimen Dativi eſt, quando aſſumit conſtructionem ablativi præpoſitione vel expreſſa, vel latente. veluti

a Verba amicitiæ, certandi, colloquendi, comitandi ſive ſequendi, hortandi, jubendi, reprehendendi, utendi &c. ut

πλησιάζειν τοῖς διδασκάλοις præceptoribus familiariter uti. Iſocr.

Iſocr. σὺν τ. δ. μάχεσθαι, ἐρίζ[illegible]ινὶ *pugnare, litigare cum aliquo*, σὺν 7.

τῷ Θεῷ διαλέγεσθαι *cum Deo colloqui*, κακοῖς ὁμιλεῖν *cum malis converſari.*

ἀκολουθεῖν, ἕπεσθαι, ὀπηδεῖν τινι pro μετὰ vel σύν τινι *ſequi aliquem.* Heſiod.

Οὐδέποτ' ἰθυδίκαισι μετ' ἀνδράσι λιμὸς ὀπηδεῖ.

Nunquam juſtos homines ſequitur fames.

N. Verba *μιμέομαι imitor. διώκω perſequor, ζηλόω æmulor* adjungunt ſibi accuſativum.

παραινῶ σοι τάδε *admoneo te hæc*, νουθετῶ, παρακαλῶ, παρατρέπω σε ταῦτα pro ἐπὶ, εἰς, πρὸς ταῦτα e. g. πρὸς ἀρετὴν *admoneo te virtutis.*

κελεύω, ἐπιτάττω διατάττω, ἐντέλλομαί σοι τὰ βέλτιστα πράττειν, *Jubeo te optima quæque agere.* Iſocr.

ἐπιτιμᾷν αἰσχροῖς *turpes reprehendere.* Hoc ipſum vero verbum juxta cum aliis ut προσκυνεῖν, ὠφελεῖν, λοιδορεῖν, ἐνεδρεύειν, ἐπιλείπειν, ἐμποδίζειν, ἐνοχλεῖν multaque alia non dativum ſolum, ſed & accuſativum aſſumunt.

χρῆσθαι φίλοις *uti amicis.* Iſocr.

b. Verba paſſiva: ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, *dictum eſt ab antiquis.* Matth. 5: 33.

οὐκ ἀμφιβάλλεται τῶν ἑλλήνων πλείστοις *non dubium eſt græcorum plurimis.* Damaſc. Subintellige παρὰ veluti in iſthoc Xenophontis: οἱ δ' ἂν παιδευθῶσι παρὰ τοῖς δημοσίοις διδασκάλοις, *hi ſi inſtituantur a publicis magiſtris.*

c. In deſignatione cauſæ, inſtrumenti, modi, pretii, loci, temporis, conſequentiæ, ſocietatis.

φθόνῳ ταῦτα ποιεῖ pro ἐν, ἐπὶ φ. 7. π. *invidia hæc facit.*

ἀπέκτεινε τῇ μαχαίρᾳ pro ἐν 7. μ. *occidit gladio.* Eurip.

ἐν βέλει πληγεὶς *telo percuſſus.* conf. Matth. 7: 6.

τίνι τρόπῳ pro ἐν 7. 7. *quo modo?*

ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσι pro ἐν τ. κ. 7. ς. *quotquot in*

hac

hac regula incedunt. Si πολλῷ, μακρῷ adduntur comparativis; ut πολλῷ ἐνδοξότερος pro ἐν πολλῷ μέτρῳ ε. *multo majori cum gloria* intelligitur μέτρον, πρᾶγμα &c. σπουδῇ, σιωπῇ pro σὺν σπ. σ.

ὠνεῖσθαι τὴν νίκην χρυσίῳ pro ἐν χ. *emere victoriam auro.*

διατρίβειν ἐν ῥώμῃ *degere Romæ.* Herod.

Πυθοῖ καὶ Ἰσθμῷ pro ἐν Π. κ. Ι. *Delphis ac in Iſthmo.* conf. C. XIX. 12.

N. Præpoſitiones ad nomina locorum a Græcis frequentiſſime exprimuntur.

τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ pro ἐν τ. α. η. *eodem die.* τῷ μηνὶ τῷ πέμπτῳ *menſe quinto.* conf. Luc. 1 : 26. πρῷ vel πρωῒ *tempore matutino* pro ἐν ὥρᾳ πρωΐ, πρωῒς enim *matutinus* adjectivum eſt.

παρελόντι τῷ ἐνιαυτῷ *circumacto anno*, Θεῷ θέλοντι *Deo volente* pro σὺν vel ξὺν θ. θ. ut alibi exprimitur. Sic Cic. Dono doque volentibus cum magnis Diis. Qui dativus abſolutus dicitur.

τὸ ἄγκιστρον τῷ δελέατι συγκατασπάσας pro σὺν τ. δ. *hamum una cum eſca attrahens.* Luc. Sic frequenter cum αὐτὸς: τὰ χείλη αὐτοῖς φιλήμασι *labia cum ipſis oſculis.* Id. πορευόμενος ὁπλίταις pro σὺν ο. *proficiſcens cum armatis.* conf. Ap. 8 : 4.

d. Adverbia ἅμα & ὁμοῦ *ſimul*, item particulæ dolendi οἴ, οὐαὶ *væ!* ἅμα τῇ ἡμέρᾳ pro σὺν τῇ ἡμέρᾳ *cum die*, ὁμοῦ τοῖς ὀργάνοις pro σὺν τ. ο. *una cum inſtrumentis.* Sic τῷ πρωῒ *mane*, τῇ ἑσπέρᾳ *veſperi*, ἔαρι *vere*, οἴ μοι *heu mihi!* οὐαὶ ὑμῖν *væ vobis!* Sic eleganter evenit cum infinitivo locum dativi occupante: ἅμα τῷ συγκεκρωτῆσθαι *ſimul ac pugnatum eſſet.* Ἅμα aſſumit etiam particulas τε & καὶ: ἅματε γράφων, καὶ λέγοντος ἀκούων *ſimul ſcribens & loquentem audiens.*

CAPUT QUINTUM
De Regimine Accuſativi.

§. XIV. Accuſativus regitur vel a verbo tranſitivo, vel a præpoſitione aut expreſſa, aut ſubintellecta: Θεὸς ἔκτισε πάντα *Deus condidit omnia*; ὁ τὴν ψυχὴν γενναῖος *animo generoſus* pro κατὰ τ. ψ. γ. *quod ad animum generoſus.*

N. Tranſitivum verbum eſt quod actionem a ſubjecto ſuo in aliquod objectum migrantem ſignificat, ut τύπτω *verbero.* Intranſitivum, ſive neutrale, cujus actio manet in ſuo ſubjecto, ut χαίρω *gaudeo*: priori generi accenſentur verba ſignificationis activæ ſub forma paſſiva, quæ reſpondent Latinorum deponentibus: προσδέχεσθαί τινα *ſuſcipere aliquem.*

Ponuntur itaque in accuſativo per ellipſin præpoſitionis

a. Omnis generis ſubſtantiva: προέπεμπε τὴν ἐπὶ τὰ φρούρια ὁδὸν pro κατὰ τ. ο. *præmiſit per viam ad caſtellum ducentem.* Sic ὃν τρόπον pro καθ' ὃν τρόπον *quo modo*, δίκην *more, inſtar*, ad inſtar, γνώμην ἐμὴν *mea ſententia*, ὄναρ *per quietem.* conf. Matth. 1: 20. δωρεὰν, προῖκα *gratis*, ἐνώπιον *coram*, ψεῦδος *falſo*, ἀρχὴν *primum*, item *prorſus*, *omnino*, ubique intelligendo κατά.

b. Nomina tempus, locum, cauſam, conſequentiam denotantia: τὴν ἡμέραν, τὸν χρόνον, τὴν ὥραν, τρεῖς, τέτταρες μῆνας pro κατὰ τ. η. &c. *per diem, tempus, horam, tres, quatuor menſes*; Sic κατ' αὐτὸ ſc. χωρίον *eodem loco*, μακρὰν *longe* pro κατὰ μακρὰν ὁδὸν *per longam viam*; Ζηνὸς χόλον pro διὰ Ζ. χ. *Jovis ob iram.* ταῦτα frequenter pro διὰ ταῦτα *propter ea.* Sic σὲ μὲν εὐπραγοῦντ' ἐπιχαίρω pro κατὰ vel διὰ σὲ εὐ. ε. *Te utente rebus ſecundis gaudeo.* Ariſtoph.

c. Pronomina, adjectiva, participia, verbalia. ἅπερ, ἅτε *quippe*, *quoniam* pro καθ' ἅπερ, καθ' ἅτε ſc. πράγματα *juxta quæ negotia*, τὰ ἐνόντα pro κατὰ τὰ ἐνόντα

ἐνόντα χρήματα *pro facultatibus*. Sic πολὺ, πολλὸν ante comparativos: πολλὸν ἐλαφρότερος pro κατὰ π. ε. *multo levior*.

N. Ejuſmodi accuſativus eleganter transfertur per formulam quod attinet: *τὰ λοιπὰ, τ᾽ ἄλλα quod ad reliqua, alia attinet* pro κατὰ τ. λ. τ. Sic πᾶν ῥῆμα ἀργὸν *ad omne verbum otioſum quod attinet*. Matth. 12: 36. καὶ αὐτὸ τοῦτο δὲ *& hoc ipſum quod attinet*. 2. Pet 1: 5. τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν *ad panem quod attinet, quem frangimus* pro κατὰ τ. α. 1. Cor. 10: 16. conf. Heb. 2: 17. Act. 3: 22.

d. Idem caſus adhibetur in denotanda conſequentia, unde & abſolutus veteribus dicitur, ut: ἀκουσθὲν *audito*, cum auditum eſſet, pro μετὰ τὸ ἀκουσθέν. Sic δέον *cum deceat*, δόξαν *cum viſum eſſet*, ἐξὸν *cum liceat*, προστεταγμένον *mandato*, cum mandatum eſſet, παρὸν *cum adſit* facultas, ἀρξάμενον *initio facto*. Luc. 24: 47. pro κατὰ τὸ ἀρξάμενον πρᾶγμα. Frequenter attice præmittitur ὡς & ὥσπερ: ὡς τὸν ἄνδρα τοῦτο ποιήσαντα, communiter τοῦ ἀνδρὸς ποιήσαντος *viro iſtud faciente*, vel, cum feciſſet.

e. Verba neutra & paſſiva per eandem ellipſin ſibi adjungunt accuſativum, ut ἀλγῶ τὴν κεφαλὴν pro κατὰ τ. κ. *dolet mihi caput*, ὠφελεῖσθαί τι *utilitatem capere ex aliqua re*, ζημιοῦσθαί τι *mulctari aliqua re*, τὴν ψυχὴν *anima* Matth. 16: 26. pro κατὰ τ. ψ. Huc facit conſtructio attica, qua dativus aut accuſativus perſonæ formæ activæ mutatur in caſum rectum: ἐγχειρίζομαι ταύτην τὴν ἐπιμέλειαν *traditur mihi hæc cura*, πιστεύομαι τὴν οἰκονομίαν *creditur mihi diſpenſatio*. conf. Rom. 3: 2. Gal. 2: 7. ſic βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι. Matth. 20: 22.

N. Græci cum hac ipſa ellipſi verbis frequenter addunt accuſativum cognatum aut ſynonymum: χαίρειν χαρὰν pro κατὰ χ. *gaudere gaudium* Sic καθεύδειν ὕπνον *dormire ſomnium*, ζῆν βίον *vivere vitam*, ὑβρίζεσθαι ὕβριν i. e. κατὰ ὕβριν *injuria affici*. Quæ conſtructio etiam in Dativo locum habet, dicitur enim βιαίαν φορὰν φέρεσθαι, & βιαίᾳ φορᾷ φέρεσθαι *vehementi motu ferri*. Eam imitantur Latini dicentes gaudere gaudium, lætari lætitiam, pluere pluviam. &c.

f. Verba blandiendi, miſerendi, orandi, pudendi, aliaque,

que, item per atticiſmum, quæ junguntur cum particulis εὖ, καλῶς, κακῶς. conf. §. XIII. N. 4.

κολακεύειν τινὰ *alicui blandiri* pro κατὰ 7. hinc & cum Dativo, κολακέυειν πλȣσίοις *blandiri divitibus.* Plut.

ἐλέησον ἡμᾶς κύριε *miſerere noſtri Domine:* καθ' ἡμᾶς.

ἱκετέυειν θεὸν pro πρὸς 7. θ. *Deum ſuppliciter orare.*

ȣ̓ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ ἐυαγγέλιον ſc. κατὰ 7. ε. *non pudet me evangelii.* Rom. 1:16.

ἐυλογεῖν τινὰ *laudare aliquem.*

καλῶς ποιεῖν τȣ̀ς μισȣ̃ντας *bene facere illis, qui odio habent.*

ἐυποιεῖν, κακοποιεῖν τινὰ pro κατὰ, πρὸς 7. *bene, male alicui facere.*

N. Attamen cum dativo reperias: ἐυποίησον ἐυσεβεῖ Sir. 12: 2. 5. *bene fac pio,* &c.

g. Verba ſenſuum omnia attice aſſumunt accuſativum: ἀκȣ́ειν φωνὴν *audire vocem*, γεύεσθαι ὕδωρ *guſtare aquam*, αἰσθάνεσθαι τὰ παρόντα *ſentire præſentia*, ὀσφραίνεσθαί τι *aliquid adorari*, ὁρῶ τὸν ἱερέα *video ſacerdotem.* Quibus omnibus ſubintellige præpoſitionem κατά.

h. Adjectiva per ellipſin aſſumunt accuſativum: εἶδος μὲν κάλλιστος, ψυχὴν δὲ φιλανθρωπότατος *forma pulcherrimus, animo humaniſſimus*, δεινότατος τὰ πολέμια *rei bellicæ peritiſſimus:* alibi præpoſitio κατὰ vel περὶ additur: δεινὸς περὶ τὴν νομοθεσίαν, κατὰ σῶμα καλός.

i. Adverbia jurandi itidem per ellipſin accuſativum ſibi adjungunt: νὴ τȣ̀ς θεȣ̀ς pro νὴ διὰ τȣ̀ς θεȣ̀ς ſc. ὄμνυμι *per Deos juro.* conf. cap. XIX. §. XI. 11. Ita cum verbis jurandi: ὁρκίζομεν ὑμᾶς τὸν Ἰησȣ̃ν *adjuramus vos per Jeſum.*

CAPUT

CAPUT SEXTUM.

De Regimine Vocativi.

§. XV. Vocativus locum habet in oratione ad aliquem directa: Ἄκυε Πέτρε *Audi Petre!* ἱλάσθητί μοι Θεὸς *eſto mihi propitius Deus!*

N. Vocativus quando occurrit poſt particulam ὦ id non fit vi hujus particulæ, ſed vi compellandi, vel vocandi: ὦ ἀνόητοι Γαλάται *amentes Galatæ!* dicitur enim & ſimpliciter Γαλάται *Galatæ!*

CAPUT SEPTIMUM.

De Regimine Verbi Infiniti.

§. XVI. Conſtructio Verbi infiniti cum nomine & alio verbo hæc eſt: Verbum infinitum ante ſe requirit nominis accuſativum: Φημὶ τύτυς μάλιςα ἐπαίνυ ἀξίυς εἶναι *dico iſtos maxime laude dignos eſſe.* Luc.

N. 1. Quando in eadem perſona ſubſiſtit oratio, locum habet nominativus: λέγω εἶναι φίλος *dico me eſſe amicum*, τῦτ' ἔλεγον πρὸς τὸ ἀγαθοὶ φαίνεσθαι *hoc dicebant ut boni viderentur.*

2. Quando infinitivus & verbum præcedens pertinent ad eandem perſonam, non eſt opus accuſativo reciproci: ἔφη ποιήσειν *dixit facturum* ſc. ſe, ὑπέχετο βοηθήσειν *pollicitus eſt* ſe *opitulaturum.*

3. Infinitivus locum ac vim nominis ſubſtantivi habet in omni caſu. conf. §. XI. 7. ut:

N. τὸ ἐρᾷν *amare* pro ὁ ἔρως *amor*.

G. καιρὸς τῦ μάχεσθαι *tempus pugnandi*, pro τῆς μάχης.

D. Τῷ μάχεσθαι *pugnæ*, ſive τῇ μάχῃ.

ἐν τῷ μάχεσθαι *in pugnando*, pugna: ἐν τῇ μάχῃ.

A. πρὸς

A. πρὸς τὸ μάχεσθαι *ad pugnandum*, pugnám q. πρὸς τὴν μάχην.

4. Caſus poſt infinitivos εἶναι, γίνεσθαι ſimilesque alios plerumque idem eſt qui præcedentis nominis: περικλῆς ἔφησε μέχρι βωμοῦ φίλος εἶναι *Pericles dixit ſe ad aram uſque amicum eſſe.* Plut. περὶ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι ὑγιοῦς *de eo quod ſanum eſt futurum.* Ariſtot. ἑκάστῳ ἔξεστι διδασκάλῳ γενέσθαι *quilibet doctor fieri poteſt.*

5. Infinitivus cum verbo μέλλω conjunctus facit periphraſin futuri: Μέλλει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι *filius hominis tradetur.* Matth. 17: 22. μέλλει ποιεῖν vel ποιήσειν *faciet.*

6. Infinitivis εἰπεῖν, διδάσκειν, ἀντιλέγειν, χρῆσθαι, δηλῶσαι, ἐπαινεῖν, καταφεύγειν, aliisque multis verbum ἔχω loco δύναμαι *poſſum* eleganter jungitur: πολλὰ εἶχον γράφειν *multa poſſem ſcribere.* 3. Joh. 13. ἵνα μηδεὶς ἔχῃ λέγειν *ne quis poſſit dicere.* Chryſ.

7. Infinitivus poſt voces οἷος, ὅσον &c. ſæpe pro optativo, vel ſubjunctivo ponitur. τοσοῦτον μόνον ἀνύοντες, ὅσον τὸν οἰκεῖον φθόνον κατάδηλον ποιῆσαι. *illud tantum effecerunt, ut invidiam ſuam manifeſtarent.* Chryſ. Verum hic locum habet ellipſis verbi ἐστί. Boſ. in εἶναι.

8. Infinitivus poſt adiectiva voluntatem aut facultatem ſignificantia frequens eſt, habetque ellipſin: δεινὸς λέγειν *vehemens in dicendo*, ἱκανὸς διδάσκειν *aptus ad docendum* pro ἐν τῷ λέγειν, ἐν τῷ vel πρὸς τὸ διδάσκειν.

9. Infinitivus ponitur pro imperativo, præcipue in ſtilo legiſlatorum. Prima lex Athenienſium erat: Θεοὺς καρποῖς σέβεσθαι *Deos frugibus colito.* Sic κλαίειν, χαίρειν pro κλαίετε, χαίρετε. Subintellige verbum κελεύω, θέλετε, δεῖ &c. conf. Rom. 2: 21. 22. 12: 15.

10. Infinitivi habent vim gerundii in di, do, dum, vel ſoli, vel cum articulo, vocibus ἕνεκα, χάριν, & præpoſitionibns; καὶ εἰσῆλθε τοῦ μεῖναι σὺν αὐτοῖς *& ingreſſus*

eſt manendi cauſa cum ipſis pro ἕνεκα τ. μ. ἔδωκε φέρειν *dedit ferendum*, πρὸς τὸ φ.

11. Infinitivi etiam loco ſupinorum adhibentur. ἐξήλθετε θεάσασθαι, *exiviſtis viſum.* Matth. 11:7. pro εἰς τὸ θ.

12. Pro infinitivo eleganter ponitur participium præcipue cum verbis perſeverandi, deſiſtendi, inveniendi, affectionem animi, notitiamve ſignificantibus: Ἀγαπῶν με διατέλει *me amare perge*, ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς διατάσσων. *factum eſt cum Jeſus deſiiſſet præcipere.* Matth. 11:1. ὁ δὲ πέτρος ἐπέμενε κρούων *Petrus vero perſeveravit pulſare*, Act. 12:16. Conf. Act. 20:31. Epheſ. 1:16. Col. 1:9. Heb. 10:2. ἴσω πολλοῦ μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς ἁμαρτάνων *ſciat in errore ſe non parvo, imo autem ſummo ſe verſari.* Plut.

N. a. Idem fit cum nonnullis adjectivis, ut ſunt δῆλος, ἔνδηλος, κατάδηλος, φανερὸς, ἀφανὴς, καταφανής: δηλός ἐστιν ἀγαπῶν *aperte amat.*

b. Quandoque Participium otiatur: ᾤχετο ἀπιὼν pro ſolo ᾤχετο *diſcedebat*. ληρεῖς ἔχων pro ληρεῖς *nugaris.*

13. Infinitivus vel ponitur poſt verbum regens, vel, quod uſitatius eſt, redditur per tempus finitum & particulam ὅτι cum indicativo. Dicitur cum Xenoph. ἤκουε καλὸν κἀγαθὸν εἶναι *audiebat pulchrum ac bonum eſſe*, vel, ἤκουε ὅτι καλὸς κἀγαθός ἐστι, vel καλὸν ὄντα. Sic: ἀπειλῶν ὅτι μηδενὸς φείσεται *minitans ſe nemini parſurum*, vel ἀπειλῶν μηδενὸς φείσεσθαι. Herod.

N. a. In hoc regimine per conjunctionem ὅτι ex atticiſmo ponitur optativus: ἔλεγες γὰρ, ὅτι Ζεὺς τὴν δικαιοσύνην καὶ τὸν αἰδῶ πέμψειε τοῖς ἀνθρώποις *dixiſti enim a Jove juſtitiam, & verecundiam hominibus eſſe miſſam.* Plato.

b. Utrumque fit cum partic. εἰ, ἢ & voculis interrogantibus, quando extra interrogandum adhibentur: ἀγνοῶ εἰ ἦλθεν *neſcio an venerit*, ἡ κάμηλος οὐδ᾽ ἀπὸ τῶν ποταμῶν πρότερον πίνει ἢ συνταράξει *Camelus non prius ex fluvio bibit, quam perturbaverit.* Ariſtot. οὐκ οἶδα τί πεποίηκε *neſcio quid fecerit.*

14. No-

14. Notandæ ſunt quædam infinitivi formulæ, ſub quibus verbum ἐςὶ, θέλω, δεῖ commode intelligas:

συνελόντι δὲ εἰπεῖν.
συνελόντι δὲ φάναι.
ἐνὶ δὲ λόγῳ εἰπεῖν.
συνελόντα δὲ φάναι.
καθόλȣ μὲν ȣ̃ν εἰπεῖν.
ὡς τύπῳ εἰπεῖν.
ὡς τύπῳ λαβεῖν.
ὡς δὲ συντόμως εἰπεῖν.

} *Ut verbo abſolvam, breviter dicam.*

N. Dicitur etiam ſine infinitivo per novam ellipſin: *συνελόντι δὲ*, vel *ἑνὶ λόγῳ*. Cujuſmodi quoque ſunt: *ὡς εἰπεῖν*, & *εἰπεῖν λόγῳ ut ita dicam*. *ὡς ἐμοὶ δοκεῖν ut mihi videtur.*

CAPUT VIII.

De Structura Participiorum.

§. XVII. De participiorum natura & concordia vidimus ſuperius §. VIII. 9.

N. Quæritur apud Grammaticos, utrum participiis ſit tribuendum regimen. Veteres uno ore affirmant. Quidam ex recentioribus negant contendentes participium de verbo nihil participare quam ſignificationem temporis: in quam rem erudite, ut ſolet, Perizonius ad Sanctii Minervam, L. I. C. XV. Quicquid illius ſit, non negligendum eſſe exiſtimamus veterum de eorum regimine unum atque alterum præceptum, quæ ſi per ellipſin interpretari velis, per nos licet. Sunt autem hujuſcemodi.

1. Participia aſſumunt verborum ſuorum caſum, veluti

Gen. τῆς φιλαργυρίας ὀρεγόμενοι *amoris pecuniæ (pecuniæ) appetentes*, 1. Tim. 6: 10.

Dat. ἀκολουθοῦντες τῷ ἀρνίῳ *ſequentes agnum*, Apoc. 14 : 1.

Acc. τύπτοντες ἑαυτῶν τὰ ςήθη *percutientes pectora ſua*, Luc. 23:48.

N. Si quando a caſu verborum diſcedunt, id propter ellipſin fieri certum eſt: *ὁ τρίβων τῶν λόγων in dicendo exercitatus* pro ὁ τ. ἐν ἔργῳ τ. λ. διδασκόμενος πολέμου pro δ. ἐν ἔργῳ π. *rei bellicæ peritus.*

2. Aliquando participia locum habent infinitivi. conf. §. XVI. 11. etiam verbi finiti conf. §. XI. 13. 14.

3. Per participia duo plurave commata in unum contrahuntur: quod etſi & Latinis ſit uſitatum, a Græcis fieri ſolet frequentius: unde dicuntur φιλομέτοχοι, *participiorum amantes.* Exemplis univerſa græcorum oratio ſcatet. Quædam vide in Suic. Synt. p. 112.

CAPUT IX.

De Rectione per plures caſus.

§. XVIII. Non unum ac idem & ſimplex in iisdem orationis partibus hæret regimen.

N. Hoc abunde intelligit, qui ea, quæ ſupra de rectione caſuum occupavimus, inter ſe conferre velit. Cujus rei cauſam in ellipſeos figura præcipue quærendam eſſe exempla allata perſpicue probant. Diverſum hoc regimen, ut ſummatim agamus, offert ſe

1. In adjectivis, quorum nonnulla & cum genitivo, & cum dativo conjungi, alia accuſativum aſſumere vidimus §. XII. 3. e. & κ. N. XIV. h. Præcipue hoc patet in verbalibus in τέος: dicitur enim

Συνεκποτέα σοι ἡ τρύξ.
Συνεκποτέαν ἐςί σοι τὴν τρύγα.
Συνεκποτέα ἐςὶ σοι τὴν τρύγα. Ariſtoph.
Simul ebibenda tibi fæx eſt.

N. Prima

N. Prima conſtructio eſt analoga; altera habet ellipſin verbi pro *συνεκποτέον ἐςί σοι συνεκπίνειν τὴν τρύγα* ut: curandum eſt ulcera apud colum. pro curare ulcera eſt curandum. In tertia, quæ Atticis eſt familiaris, ad *συνεκποτέα* adde *πώματα*, aut ſimile quid, & *τρύγα* pro *περὶ* aut *διὰ τὴν τρύγα*. Nova etiam conſtructione dicitur: *ὃ μὴν δουλευτέον τούςγε νῦν ἔχοντας τοῖς ὅτω κακῶς ἔχουσι*, *ſapientes non decet ſervire tam malis hominibus* pro *δουλεύειν τ. ν. ε.* Vervv. L. VI. c. 1. ad fin.

2. Idem fit in deſignanda conſequentia, quæ per ablativum abſolutum a Latinis effertur, a Græcis vero in quatuor caſibus ponitur & quidem in

a. Nominativo. §. XI. 5.
b. Genitivo. §. XII. 3. c.
c. Dativo. §. XIII. 2. c.
d. Accuſativo. §. XIV. b.

3. In verbis, quorum alia caſum variant in eadem ſignificatione, alia ſignificatione immutata. Prioris generis ſunt

a. Non pauca verba quæ genitivum amant, aſſumunt quoque accuſativum, ut verba *ἐπιθυμεῖν*, *πειρᾷν*, *ἀπολαύειν*, *ἐπιμελεῖσθαι*, *καταφρονεῖν*, *ἀποδέχεσθαι*. Ignat. *μηδὲν ἐπιθυμεῖν κοσμικὸν*, *ἢ μάταιον*: ſic *χρήζειν*, *γλίχεσθαι χρημάτων* & *χρήματα*. *Ἐρᾷν* habet ſolum genitivum; *ἀγαπᾷν*, *ςέργειν*, *φιλεῖν*, *ποθεῖν* ſolum accuſativum. Huc referre licet verba ſenſuum pleraque. conf. §. XII. i. XIV. g.

b. Verba celandi, docendi, exigendi & petendi, faciendi, interrogandi, veſtiendi & exuendi geminum accuſativum, alterum perſonæ, alterum rei ſibi adjungunt. Horum poſterior minimum, plerumque & prior non niſi a ſubintellecta præpoſitione reguntur, ut

ἀποκρύπτομαί σε τὸ ἀπόῤῥητον pro *κατά σε*, *celo te arcanum.*

διδάσκειν τινὰ πολλὰ ſc. *κατὰ πολλὰ docere aliquem multa.* conf. Matth. 4 : 2.

τοιαῦτα ἐποίησάς με pro *εἰς ἐμὲ hæc feciſti mihi.* conf. Matth. 26: 10.

αἰτεῖν τὸν πατέρα ἄρτον petere a Patre panem Luc. 11 : 11. alibi *αἰτεῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ petere a Deo*, 1. Joh. 5 : 15.

ἐρωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ λόγον ἕνα interrogabo & ego vos rem quandam, Matth. 21 : 24.

ἐνδύειν, ἐκδύειν τινὰ πορφύραν induere, exuere alicui porphyram. Vide ſis plura apud Suic. p. 90.

c. Multiplex eſt regimen verborum privandi. Ibid. p. 37. Græci dicunt

Ἀφαιροῦμαί	*σου τὴν βασιλείαν* *σοι τὴν βασιλείαν* *σε τῆς βασιλείας* *σε τὴν βασιλείαν* *ἀπό σου τὴν βασιλείαν*	*privo te regno.*
ἀποστερῶ	*σου τῆς οὐσίας,* *σοι τὴν οὐσίαν,* *σε τῆς οὐσίας,* *σε τὴν οὐσίαν,*	*privo te facultatibus.*
Ita *Σύνοιδα ἐμαυτῷ*	*ἁμαρτάνων,* *ἁμαρτάνοντι,* *ἁμαρτίαν,* *περὶ τῆς ἁμαρτίας,*	*conſcius mihi ſum peccati.*

d. Verba judicialia accuſandi, damnandi, abſolvendi, memoriæ item & oblivionis varium admittunt regimen. Ibid. 4. 45.

Κατηγορῶ	*τοῦ ἀνθρώπου* *τὸν ἄνθρωπον*	*accuſo hominem.*
	σου ἄνοιαν *σε ἀνοίας* *σου ἀνοίας* *σε ἄνοιαν*	*accuſo te dementiæ, vel de dementia.*

Ἀφίημαί

Ἀφίημαί σε τῶν ἐγκλημάτων *abſolvo te criminum.* Dem. Subintellige δίκην aut γραφὴν, ut plene dixit idem Demoſt. Κτησιφῶντα γραφὴν ἱερῶν ἐδίωκας *Cteſiphontem ſacrarum tabularum reum agebas.*

4. Poſterioris generis ſunt verba, quæ pro diverſo ſignificatu caſum variant, ut

πατρὶ τιμωρεῖν *ulciſci injuriam patri illatam*; τιμωρεῖσθαι λῃστὰς *ulciſci, punire latrones.*

θαῤῥεῖν τῷ θεῷ *confidere Deo*; θαῤῥεῖν θεὸν, τοὺς πολεμίους *Deum, hoſtes fidenter aggredi.*

διαφέρει αὐτοῦ *differt ab eo*, διαφέρει αὐτῷ *conducit illi.*

5. In deſignando loco & pretio, quo pertinent verba mercandi, adhiberi genitivum & dativum viſum eſt §. XII. 3. b. XIII. c. in deſignando tempore etiam accuſativum docetur §. XII. b. XIII. c. XIV. b.

6. Adverbiorum & præpoſitionum variam cum caſibus nominum; adverbiorumque & conjunctionum cum modis verborum conjunctionem declarabunt capita ſequentia.

CAPUT X.

De ſtructura Particularum, & ſpeciatim Adverbiorum.

§. XIX. Sequitur ſtructura particularum, ſive ea ſit vera ac naturalis, ſive elliptica, & quidem primo adverbiorum & interjectionum, dein conjunctionum, ac denique præpoſitionum.

N. Adverbia interjectionesque, quæ ad eorum ordinem pertinent, proprie ab omni regimine ſunt aliena. Quæcunque igitur veteribus grammaticis traduntur regere caſum nominis, ea caſum non regere ſua poteſtate, ſed vi præpoſitionis ſubintellectæ ad ſingulorum caſuum ſtructuram vidimus. conf. §. XII. m. XIII. d. XIV. i. Pauca tamen hæc ex veterum doctrina adjeciſſe haud abs re erit:

a. Adverbia ab adjectivis derivata videntur retinere caſum primitivorum. Περιπατῆσαι ἀξίως τῆς κλήσεως *digne vocatione ambulare* Eph. 4 : 1. ὁμοίως τοῖς ἄνθεσι ἐαρινοῖς μαραίνεσθαι *ſimiliter floribus vernis marceſcere*. Hoc regimen ab ellipſi pendere ex eo patet, quod ne primitiva quidem ſine ellipſi caſus ſuos aſſumunt. §. XII. e.

b. Adverbia reliqua vel nominativum, vel genitivum, vel genitivum & Dativum aſſumere videntur:

α. Nominativum habent ἰδὲ vel ἴδε, ἰδοὺ, ἠνίδε *ecce*: ἰδοὺ ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ *ecce agnus Dei* ſc. ἐςὶ *hic eſt*. Joh. 1 : 19.

β. Genitivum aliosque caſus adverbia loci, temporis, & quæ præpoſitionum naturam induunt, ut ἄνευ, ἄτερ, &c. conf. Suic. p. 118. & ſupra §. XVIII. 5.

γ. Dativum adverbia congregandi, dolendi, minandi, ut ἅμα *ſimul*. conf. §. XIII. d. ſed & ἅμα τῆς ἁγίας γλώττης *ſimul cum ſancta lingua*. Chryſ. οἴμοι *heu mihi* Pſ. 120: 5. οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς *væ vobis ſcribæ!* Matth. 23 : 14.

δ. Accuſativum adverbia jurandi. conf. §. XIV. i.

ε. Vocativum adverbium compellantis & exclamantis. ὦ ἄνθρωπε Rom. 2 : 1. ὦ ἀνόητοι. Luc. 14 : 25.

ζ. Nominativum, genitivum & accuſativum adverbium dolentis & admirantis ὦ, quod ſolum rejicit dativum: ὦ ταλὰς ἐγὼ *o me miſerum* Soph. ὦ τοῦ θαύματος *o rem miram* Greg. ὦ ἐμὲ δειλὰν *o me miſeram*, Callim.

c. Adverbia optandi αἴθε, εἴθε, ὄφελον vel ὤφελον cum indicativo, optativo & infinitivo conſtruuntur. αἴθε γράφοις *utinam ſcriberes*, εἴθε αὐτὸν παρεῖναι συνέβαινεν *utinam ille adfuiſſet*. εἴθε μοὶ εὖ μάλα πᾶσαι εὐθύνοιντο κέλευθοι

utinam mihi bene omnes dirigantur viæ. Apoll.

εἴθε

εἴθε σε, μὴ θνητοῖσι γενέσθαι πῆμα ποθεινὸν *utinam* (pecunia) *non eſſes hominibus deſiderabile malum.* Phocyl. ὄφελον ἐβασιλεύσατε *utinam regnetis,* vel *regnaſſetis.* 1. Cor. 4: 8. ὄφελον ψυχρὸς εἴης ἢ ζεστὸς *utinam frigidus eſſes, aut fervidus.* Ap. 3: 15.

αἴθ' ὄφελες τ' ἄγονός τ' ἔμεναι, ἄγαμός τ' ἀπολέσθαι. *utinam aut non natus eſſes, aut natus periiſſes innuptus.* Soph.

d. Adverbia hortandi, prohibendi, & ſimilia eosdem, fere modos habent, quos apud Latinos: Ἄγε οἱ πλούσιοι κλαύσατε. *Age divites flete.* Jac. 5: 1.

e. Πρὶν ἢ cum infinitivo conſtruuntur: πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι *antequam Abrahamus exiſteret, ego ſum.* Joh. 8: 58.

N. Etiam cum indicativo, optativo, & ſubjunctivo conſtruitur: *πρὶν εἶπεν antequam diceret,* πρὶν ἢ ἔχοι *antequam habeat,* Act. 25: 16. πρὶν ἢ ἴδῃ τὸν χριστὸν τοῦ κυρίου *priusquàm vidiſſet unctum illum Domini.* Luc. 2: 26.

f. Ἕως *donec, quamdiu* omnibus modis, excepto imperativo jungitur: ἕως τὸ φῶς ἔχετε *dum lucem habetis,* ἕως ἂν γένοιτο *dum fieret,* ἕως ἂν ἔλθῃ *usque dum venerit.* Matth. 10: 23. ἕως ἂν μάχεσθαι *quamdiu pugnat.*

g. Adverbia qualitatis eleganter conſtruuntur, cum verbis ἔχω, διάκειμαι, ποιέω, πράττω, πάσχω, διατίθεμαι & ſimilibus: τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει *filia mea in extremum adducta eſt.* Marc. 5: 23. ἐπιρρεπῶς ἔχειν πρός τι *pronum eſſe ad aliquid,* Chryſ. κακῶς πάσχειν *male ſe habere,* Matth. 17: 15. κακῶς διετέθη τὸ σῶμα, *male affectus fuit corpore,* Iſocr.

N. Ἔχω cum genitivo & accuſativo: οὕτως ἔχω τῆς γνώμης, τῆς φύσεως *ita ſentio, tali natura ſum praditus,* ſubintellige ἕνεκα. εὖ ἔχει τὸ σῶμα *bona eſt valetudine,* pro κατὰ τ. σ. εὖ, καλῶς, κακῶς, ἀπείρως ἔχειν pro ἑαυτὸν, *bene, male, rudite rſe habere.* Imperſonaliter καλῶς ἔχει *bene habet,* integre: τὸ χρῆμα καλῶς ἔχει ἑαυτὸ *res bene ſeſe habet,* πῶς ἔχει τοῦ σώματος. plene: πῶς ἔχει ἑαυτὸ τὸ χρῆμα τοῦ σώματος; *quo pacto habet ſe res corporis?*

h. Loco adverbiorum quemadmodum adjectiva neutra; item fœminina adhibeantur, vide ſupra Parte I. Cap. XIX. §. 3. N. 1. Synt. §. VIII.

i. Particulæ μὴ & ὐ, ὐκ quandoque verbis præpoſitæ eo gaudent ſenſu, quem poſt verba habent: ὔ φημί σε τῆς δὲ τῆς ὁδῦ ἐχόμενον εὐθυπορεῖν pro φημὶ ὔ σε &c. *dico te hac via non commode proceſſurum; nego te* &c. Eadem ratione veniunt verba λέγω, φάσκω, προσποιῦμαι, ἀξιῶ, δικαιῶ.

k. Μὴ cum omnibus modis conſtruitur.

l. Οὐ pro μὴ cum ſolo futuro indicativi conſtruitur: οὐ κλέψεις *non furaberis.*

CAPUT XI.

De Regimine Conjunctionum.

§. XX. Conjunctionum hoc fere eſt regimen.

a. Indicativum amant ἐπεὶ & ἐπειδὴ *poſtquam, quoniam*; ἐπεὶ etiam ſignificat *alioquin*: ἐπεὶ τὸ ἔργον ὐκ ἔτι ἐςὶν ἔργον *alioquin opus jam non eſt opus.* Rom. 11:6.

b. Subjunctivum aſſumunt ἐὰν, ἢν *ſi*; κἂν *etſi*; ἂν *ſi, utique*; ὅταν, ὁπόταν *quum, ſi quando*; ἐπὰν, ἐπειδὰν *quandoquidem.*

N. 1. Ἐὰν etiam cum optativo invenitur: ἑαυτόν τις ἐὰν γνώη *Si quis ſe ipſum norit.* Damaſc.

2. Κἂν etiam cum indicativo: κἂν ποσῶς μετέχει *ſi vel aliquantulum particeps ſit.*

3. ἂν frequentius potentiale eſt, ac tum omnes modos, omnia tempora, optativum præcipue & ſubjunctivum ſibi adjungit: ἐν καιρῷ πειρασμῶν μόλις ἂν εὑρήσεις ἕνα φίλον *in tempore tentationum vix invenies amicum unum.* Max.

4. ὅταν, ὁπόταν rariſſime etiam indicativo utuntur: τὸ πνεῦμα-

πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα ὅταν αὐτὸν ἐθεώρει *ſpiritus impuri quum eum conſpexerant.* Marc. 3: 11.

5. ἐπειδὰν etiam recipit indicativum: ἐπειδὰν ὁ Θεὸς ἐπέταξεν *quia Deus præcepit.* Chryſ.

c. Optativum & ſubjunctivum, aliquando etiam indicativum aſſumunt ἵνα, ὄφρα, ὡς, ὥστε, ὅμως.

N. 1. ὡς & ὥστε eleganter & frequenter cum infinitivo conſtruuntur: οὐδενὸς λόγον ποιοῦμαι, ὡς τελειῶσαι τὸν δρόμον μου μετὰ χαρᾶς *nullius rei rationem habeo, ut curſum meum cum gaudio perficiam.* Act. 20: 24.

2. ὡς aliquando uſurpatur pro præpoſitione πρὸς, aliquando redundat: ὡς τὸν Γαΐον παρῆσαν, *apud Cajum erant.* Euſ. τί ἐστιν ἄνθρωπος ὡς πρὸς τὴν θείαν φύσιν κρινόμενος; *quid eſt homo cum natura divina comparatus?* Nyſſ.

d. Indicativum recipit ὅτι *quoniam*, indicativum & optativum εἰ *ſi* aſſumit.

N. 1. Ὅτι cum ſuperlativo ſignificationem intendit: πλοῦτος ὅτι μάλιστα πλεῖστος *ſummæ divitiæ.* Theod.

2. Adjungitur particulæ ὡς: ὡς ὅτι ἐλάχιστα ἁμαρτάνειν πειρώμεθα *quam minimum peccare conemur.* Clem.

3. Εἰ in jurando vim habet negationis: εἰ δοθήσεται τῇ γενεᾷ ταύτῃ σημεῖον *ſi dabitur generationi huic ſignum,* i. e. *non, nequaquam dabitur,* Marc. 8: 12. Quæ figura a rhetoribus dicitur ἀποσιώπησις *reticentia.* conf. Heb. 4: 3.

CAPUT XII.

De Regimine Præpoſitionum.

§. XXV. Præpoſitionibus ſuum competere regimen vidimus ſupra. Idque conſiderari poteſt vel ratione vocum compoſitarum, vel ratione vocum ſimplicium.

A.

Verba cum præpoſitione compoſita eum regunt caſum, quem requirit præpoſitio.

N. Hoc non tam vi præpoſitionis, quæ in compoſitione exprimitur, ſed ejusdem quæ in conſtructione reticetur, fieri conſtat ex eo, quod aliquando hæc præpoſitio repetita exprimitur: ἀφοριεῖ αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων. Matth. 25: 32. conf. §. XII. N. 3. k.

N. 1. Verba compoſita cum præpoſitionibus ἐξ, πρὸ, ἀπὸ, ὑπὲρ & κατὰ amant genitivum: ἀπήνης ἐκκυλίνδεσθαι *de curru præcipitari.* Soph. προτρέχει ἡ γλῶττα τῆς διανοίας *lingua præcurrit mentem*, Iſocr. ἀπέστη τοῦ διαναυμαχῆσαι *deſtitit a pugna navali*, τοῦ πατρὸς ὑπερμαχοῦμαι *pugnabo pro patre*, Soph. κατέπτυσέ σου *deſpuit in te*, metaph. *plane te contempſit.* Dem.

2. Verba compoſita cum παρὰ & ὑπὸ *aſſumunt accuſativum*: μή τίς με παρέλθῃ *ne quis me prætereat*, Hom. ὑπερενεγκόντες τὸν λευκαδίων ἰσθμὸν τὰς ναῦς *ferentes naves præter iſthmum Leucadiorum*, Thucyd.

N. Regimen naturale patet, quando præpoſitio a verbo ſeparata præmittitur ſuo nomini: κυλίνδεσθαι ἐκ τῆς ἀπήνης, μαχοῦμαι ὑπὲρ τοῦ πατρός.

3. Quædam verba diverſum aſſumunt ſignificatum ob diverſam præpoſitionem, aut præpoſitionis ellipſin: τέκνων ἀφοῦ pro ἀπὸ τ. α. *diſcede a liberis.* Soph. πάντα τἄλλα ἀφεὶς pro κατὰ τ. α. *omnia reliqua relinquens.* Dem.

4. Quædam cum eadem præpoſitione variant ſignificatum ob diverſum illius regimen: ὑπερέβησαν τοῦ πύργου *præteriere turrem.* Herod. τοὺς οὐρανοὺς ὑπερβῆναι *ſupra cœlos aſcendere.* Chryſ.

5. Dantur etiam adjectiva, præcipue quæ componuntur cum particulis ὁμοῦ, σὺν & ἐν, quæ eundem caſum regunt, quem particulæ ſeparatæ ſibi adjungunt: ὁ τοῦ θεοῦ υἱὸς καὶ ὁμόσκηνος, καὶ ὁμοδίαιτος τοῖς ἀνθρώποις γέγονε pro συν τ. α. *Dei filius & contubernalis hominibus factus eſt, & eadem cum illis vivendi ratione uſus eſt.* Chryſ. σύμμορφος τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ *conformis corpori*

ejus

ejus glorioſo, pro σὺν τ. σ. Phil. 3: 21. τὸ ἁμαρτάνειν πᾶσιν ἔμφυτον καὶ κοινὸν *peccare omnibus innatum & commune*, pro ἐν π. ε. κ. κ.

N. Sed & hæc adjectiva quandoque cum genitivo occurrunt: προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ *prædeſtinavit conformandos imagini filii ſui*. Rom. 8: 29. conf. Phil. 3: 17. Rom. 16: 7. ubi ellipſin ἐν ἔργῳ, πράγματι aut ſimilem latere dubium non eſt.

B.

Regimen præpoſitionum ratione vocum ſimplicium eſt triplex: quædam unicum caſum, aliæ duos, reliquæ tres admittunt.

I. Unicum caſum regunt quæ conſtruuntur

a. Cum ſolo Genitivo, ut ἀντὶ, ἀπὸ, ἐκ vel ἐξ & πρό.

Ἀντὶ ſignificat

1. Pro, vel loco: κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόναι *malum pro malo reddere*. Rom. 12: 17.
2. Propterea: ἀντὶ τούτου *propter hoc*. Eph. 5: 31.

Ἀπὸ ſignificat

1. A. vel ab: ἀπὸ καταβολῆς κόσμου *a jacto mundi fundamento*. Matth. 13: 35.
2. Propter: οὐκ ἠδύνατο ἀπὸ τοῦ ὄχλου *non poterat propter populum*.

Ἐκ vel ἐξ ſignificat

1. A. ab: ἐκ τοῦ Θεοῦ *a Deo*. 2. Cor. 3: 5.
2. E, ex: τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; *Quis me eripiet ex iſto corpore mortis?* Rom. 7: 24.

Πρὸ ſignificat

1. Ante: πρὸ καταβολῆς κόσμου *ante jacta mundi fundamenta*. 1. Petr. 1: 20.
2. Pro: πρὸ παιδὸς θανεῖν *pro filio mori*.

b. Cum ſolo Dativo conſtruuntur ἐν & σύν.

Ἐν ſignificat

1. In: ἐν γαστρὶ *in utero habens*. Matth. 1: 18.
2. Inter: διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς *diſceptabant inter ſe*. Matth. 16: 7.

Σὺν Cum: πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα *ſemper cum Domino erimus*. 1. Theſſ. 4: 17.

c. Cum

c. Cum ſolo accuſativo conſtruuntur Ἀνὰ & εἰς.

Ἀνὰ Per: ἀνὰ στρατὸν *per exercitum.*

Εἰς In: ὁ κύριος ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν *Dominus ſuſceptus eſt in cœlum.* Marc. 16 : 19.

II. Geminum caſum regunt quæ conſtruuntur cum Genitivo & Accuſativo, ut ἀμφὶ, περὶ, διὰ, κατὰ, μετὰ, ὑπὲρ.

Ἀμφὶ & περὶ eandem ſignificationem & conſtructionem habent

a. cum Genitivo

1. De: περὶ ἐμοῦ ἔγραψε *de me ſcripſit.* Joh. 5 : 46.

2. Pro: Χριστὸς περὶ ἁμαρτιῶν ἀπέθανε *Chriſtus pro peccatis mortuus eſt.* 1. Petr. 3 : 18.

3. Propter: περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε *propter bonum opus te non lapidamus.* Joh. 10 : 33.

b. Cum Accuſativo

1. Circa: περὶ μεσημβρίαν *circa meridiem.* Act. 22 : 6.

2. Propter: περὶ πολιτείαν *propter rempublicam.*

Διὰ ſignificat

a. Cum Genitivo Per: πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο *omnia per eum facta ſunt.* 1. Joh. 1 : 3.

b. Cum Accuſativo Propter: διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς *propter electos.* Matth. 24 : 22.

Κατὰ ſignificat

a. Cum Genitivo

1. Contra: κατὰ τῆς ψυχῆς στρατεύονται *contra animam militant.* 1. Petr. 2 : 11.

2. De: κατὰ τῆς ἀρετῆς φράζειν *de virtute loqui.*

b. Cum Accuſativo

1. Juxta, ſecundum: Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον *Evangelium ſecundum Matthæum.* Poteſt tamen ſimpliciter ac ex genio ſermonis Græci reddi *Evangelium Matthæi.* conf. §. XII. N. 2.

2. Tempus. καθ' ἡμᾶς *noſtro tempore.*

Μετὰ ſignificat

a. Cum Genitivo Cum: μετὰ θεοῦ *cum Deo.*

b. Cum Accuſativo Poſt: μετὰ τρεῖς ἡμέρας *poſt tres dies:* Matth. 27 : 63.

Ὑπὲρ ſignificat

a. Cum Genitivo

1. Pro:

1. Pro: εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανε *unus pro omnibus mortuus eſt.* 2. Cor. 5: 14.
2. Propter: ὑπὲρ βασιλείας πάσχειν *propter regnum pati.* 2. Theſſ. 1: 5.
b. Cum Accuſativo Supra: ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονεῖν: *ſupra id quod ſcriptum eſt ſapere.* 1. Cor. 4: 6.

III. Tres caſus regunt quæ cum Genitivo, Dativo, & Accuſativo junguntur, ut ἐπὶ, παρὰ, πρὸς & ὑπό.

Ἐπὶ ſignificat
a. Cum Genitivo
1. Super, ſupra: ἐπὶ καθέδρας Μωσέως *ſuper cathedram Moſis.* Matth. 23: 2.
2. Ἐπὶ θεοῦ ταῦτα λέγονται *hæc de Deo dicuntur.*
b. Cum Dativo
1. In: ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ κόσμου *in conſummatione ſeculi.*
2. In poteſtate eſſe: τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐφ' ἡμῖν *hoc non eſt in noſtra poteſtate poſitum.*
3. Poſt: ἐπὶ τούτοις *poſt hæc.*
c. Cum Accuſativo:
1. Ad: ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ *appropinquavit ad vos regnum Dei.* Luc. 10: 9.
2. Super, ſupra: ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐπέθηκαν *impoſuerunt ſuper caput ejus.* Matth. 27: 29.

Παρὰ ſignificat
a. Cum Genitivo A, ab: παρ' ἐμοῦ ἤκουσας *a me audiviſti.* 1. Tim. 1: 13.
b. Cum Dativo Apud: παρὰ τῷ θεῷ *apud Deum.* Jac. 1: 17.
c. Cum Accuſativo
1. Juxta: παρὰ τὴν ὁδὸν *juxta viam.* Matth. 13: 4.
2. Præter: παρὰ τὴν γνώμην *præter opinionem.*
3. Propter: παρὰ τοῦτο *propter hoc.* 1. Cor. 12: 16.

Πρὸς ſignificat
a. Cum Genitivo A, ab: πρὸς τῶν κυριοκτόνων Ἰουδαίων *a Judæis qui Dominum trucidarunt.* Ign.
b. Cum Dativo Ad: πρὸς τῇ θύρᾳ *ad oſtium,* πρὸς τούτοις *ad hæc.*
c. Cum Accuſativo
1. Ad: πρὸς τὸν πατέρα μου πορεύομαι *ad Patrem meum proficiſcor.* Joh. 14: 12.

2. Apud:

2. Apud: ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν *ſermo erat apud Deum.* Joh. 1: 1.
3. Contra, adverſus: πρὸς κέντρα λακτίζειν *contra ſtimulum calcitrare.* Act. 9: 5.

Ὑπὸ ſignificat
a. Cum Genitivo
1. A. ab: ὑπὸ τοῦ κακοῦ νικᾶσθαι *a malo vinci.*
2. Ob: ὑπὸ πενίας *ob paupertatem.*
b. Cum Dativo Sub: ὑπὸ δεσπότῃ *ſub Domino.*
c. Cum Accuſativo Sub: ὑπὸ νόμον εἶναι *ſub lege eſſe.*

N. Plura de particularum doctrina haud parum difficili vide ſis, apud Devarium, Vigerum, L. Bos, ac Scriptorem Hallenſem.

§. XXVI.

Coronidis loco lubet ſubjicere ἀνακεφαλαίωσιν eorum, quæ ad ſummam conſtructionis Græcæ tironibus rite percipiendam & firmiter retinendam prorſus ſunt neceſſaria: idque eo fine, ut ad eam ceu perpetuam cynoſuram in græcarum literarum lectione ubique reſpicere poſſint. Quæ hujuſcemodi eſt:

Ad ſententiam certam ac plenam *requiritur Subſtantivum & Verbum finitum.* §. I.

Nominativus *ubique præcedit verbum finitum, aliquando etiam ſequitur.* §. XI.

Genitivus *regitur non niſi a Subſtantivo rei diverſæ, ac Præpoſitione ſive expreſſa, ſive ſubintellecta.* §. XII.

Dativi *regimen eſt vel* Proprium, *quando rei vel perſonæ aliquid tribuitur, vel accedit;* Alienum *quando aſſumit conſtructionem ablativi, præpoſitione vel expreſſa, vel latente.* §. XIII.

Accuſativus *regitur vel a Verbo tranſitivo, vel a Præpoſitione aut expreſſa, aut ſubintellecta.* §. XIV.

Vocativus *locum habet in oratione ad aliquem directa.* §. XV.

Verbum Infinitum
a. Ante ſe requirit Nominis accuſativum §. XVI.
b. Regitur a verbo finito vel ſimpliciter, vel redditur per tempus finitum & particulam ὅτι §. XVI. 13.
c. Vim & locum habet Nominis Subſtantivi in omni caſu. §. XI. 6. XVI. N. 3.

Datur etiam regimen per caſus plures. §. XVIII.

F I N I S.

ERRORES.

VA1 1531820